DISPVTATIONES
BALDI
AVCTORE
IO. DREZELERO
I. V. D.

Ex Legato Illum.mi Coccini

bi mites fructus non habeo offerendos, voluntarium meę erga te voluntatis flosculū gratiq; animi pignus quod & tuæ fidei tuoq; illustri patrocinio humiliter commendatū percupio, & hoc ipsum, licèt sublimitate generis tui intelligatur minus dignum: maximè tamen ad futuras muneris tui partes rectè temperandas aliquantisper æstimetur oportunum. Spero enim te (qui non minus quàm excelsi tui progenitores, sunt consueti, omnibus te benignū sis prębiturꝰ, qui etiam magis offerentis animum quàm rem demissè oblatam spectabis) me ipsum, qua soles, eaq; & ego fretus beneuolentia esse complexurū. Quod ut perbenignè facias etiam atq; etiā animosè obtestor, vehementerq; rogo: perbellè ad annos vale Nestorios, quò tibi quandoq; illustris tuæ ditionis gubernaculum ad fructuosam subditorum utilitatem salutariter ingredi libeat. Ex Vindelicorum Augusta. Anno. 1594.

PAVLVS GARTZVVILLERVS I. C. S. CAESAREAE MAIESTATI A CONSILIIS AVLICIS imperialibus, Ioan Drezelero. I. V. D. affini suo unicè iucundo. S. D. atq; omnem precatur felicitatem.

QVEMADMODVM MAGNA INTER EOS (affinis consultißime) differentia est, qui in militiam profecti obsidionibus, prælijs ac dimicationibus, expugnationibusq; præstò sunt, nec non cum hoste manus conserunt: & eos, qui non intersunt, sed eosdem bellicos successus ex alijs percipiunt iuxta illud Horatij.

Segnius irritant animos dimissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Ita quoq; ij qui in scholis quandoq; legalia responsa audiuerunt, ab illis qui in foro versantur, ac litigijs difficilioribus patrocinantur, multis paßibus discerni debebunt. Eò confert quod Salustius in Iugurtino annuit, quæ (inquit) illi audire ac legere solent, eorum partem uidi, alia geßi, quæ illi literis, ego didici militando: nunc vos existimate, facta an dicta pluris sint? Quapropter ab ipsißimo vero ne vel latum unguem discedere iudicer. Id omnibus nobis qui in dißidijs versamur dirimendis absolutè fatendum est, innumerabilia quotidie ex mutatione morum inter homines noua suboriri negotia, quorum numerum legibus exæquare videtur impoßibile. Cùm non modo leges minimè sufficiant, sed vocabulorum penuria pro decidendis negotijs ægrè laboremus, indeq; fit, ut qui forensibus negotijs lotas nondum manus admouerunt, nihil vel parum ad rem de succrescente casu antea inaudito accommodè queant differere. Nam controuersiæ veritas sæpißimè ex litis euentu conspicua redditur, iuxta Modestinum alibi respondentem: sed etsi verba legis hunc habeant intellectum, mens tamen ad aliud vult. Re enim sæpenumerò inter dißidentes aduocatos excussa, id in pronunciando delegit Iudex, quod sibi ut plurimùm probatur. Hinc est quod à Triphonio scriptum habetur: incidit quidem in verba constitutionis, sed sententia excusatur. Hæc utiq; sine pragmaticorum virorum præsidio fructuose expediri non poßunt. Ideo rectißimè illi censent, qui volunt aduocatorum & consulentium munus non tam voluntate hominum, quàm neceßitate & natura rerum constare. Qua itaq; ratione fieri potest, quò minus Iurisconsultus & Aduocatus, non existimet in re honorificentißima nec non Reipub. utilißima se occupatum, si redden-

si reddendis responsis valdè sit implicitus. Cùm nec alia ratione domus Iurisconsulti appelletur oraculum totius ciuitatis, itemq; ab ipso Imperatore & legislatore perinde intelliguntur prouidere humano generi atq; ij, qui prælijs ac vulneribus patriam parentesq; seruant, & laborantium spem, vitam, posteros & uniuersas fortunas defendunt. Sed obijceret quis, nimis hac nostra ætate multos esse, qui obseruationes, decisiones, additiones & id genus infinita scriptitant, inq; vulgus emittunt. Is sciat ad rem nostram legalem non parùm conducere ex numerosa scribentium inuulgatione faciliùs probatiores, & proprio ingenio ad sequendum commodiores seligi posse. Nam (Plinio teste) nullus omnino tam malus est liber, ex quo non possis utilitatis aliquid elicere, præsertim in hac Iuris scientia, quæ omnium maximè malos uel ex eo facilè sustinet scriptores quòd etiam liber inconditè exaratus in locis & argumentorum sedibus exquirendis & inueniendis qualiquali ex parte laborem subleuet. Et si quid tum inueniatur quod in cuiuscunq; fuerit negotium, gratia est agenda, sin minus, quando perlegitur, nullam prorsus quis sustineat iacturam. Siquidem ferè nunquam accidit, quin vel præter opinionem faciat quæstũ, etiamsi quæsita non reperiantur. Proinde ubi quis breui retinendæ possessionis discußione delectetur: non inuanum laborauerit, si eam ex celeberrima hac Baldi disputatione (quæ tam à veteribus quàm modernis consumatißimis viris: eorum etiam nomenclatura Elencho adiacenti solerter inserta est, pro sublimi & difficili semper fuit habita) petere minus dedignetur. Quæ profectò additionibus seu potius luculentis obseruationibus ex nonnullis illustribus à te sedulo tractatis atq; peractis controuersijs enucleata clarescit: ut ne dum requisita istius interdicti duntaxat posuisse, uerùm etiã qua ratione uel sine litis contestatione summariè vel ordinario iudiciali modo procedendum, sagaciter iunxisse videaris, & si mihi ac alijs non incelebri experientia viris (qui utiq; tibi huiusmodi inuulgationis authores sumus) abundè satisfeceris: attamen ut res ipsa euidenter testificatur & sibi & uniuerso legalis philosophiæ theatro uberius in eo fecisse satis intelligeris, quod reliqua videlicet recuperandæ & adipiscendæ possessoria remedia oportuna serie subnexeris: quibus etiam difficiles partimq; deprauatos iuris textus enodasti, planosq; fecisti, ut eos, qui iuris apicibus in scholis operam nauant, liberè fateri oporteat, nisi ex publicatis omnium nationum decisionibus & arduis litibus eximiã haußisses practicã, eiusmodi obscuros intellectus, vix enucleare potuisses ut meritò insignes pleriq; uiri Baldo nostro assentiri habeant necesse, quòd scilicet rem ad praxim reducere istud est de arboribus fructus colligere. Præterea cùm mihi exploratum dinoscam, te opus quoddam illustre sub manus habere, ex quo, si propediem in vulgus emitteretur, ipsi tyrones facilem modũ ac præclaram uiam per regulas, exceptiones, replicas, duplicas & sic deinceps, sumere possent: ut triennij spacio præcipuam iuris ciuilis theoricam simulq; usitatam obligationum, actionum, con-

tractuum & quasi, ultimarum voluntatum, successionũ, legatorum, fidei commissorum, praescriptionum, possessionum, noui operis, seruitutum, usus fructus, feudorum, delictorũ, publicorum iudiciorum, accusationum, probationũ tam artificialium quàm inartificialium, sententiarum, appellationum, executionum & transactionum, pariter ac totius iudicialis processus, accommodationẽ, te duce, nec non mediante DN. Nic. Vigelij *illius* I. C. *scriptionis methodicae augurio absoluere possent. Vnde cùm nobis propter istud opusculum gratificatus fueris, superest, & mei id quodammodo muneris esse duco, ut omnium singulorũ nomine, qui de re iusticiaria benè meriti sunt, abs te contendere intimèq; efflagitare non desinam, quò amplius de eo quod adhuc in residuo habes, in beneuolam floridae iuuentutis gratificationem nos participes fieri, ac tuos huic oneri humeros supponi, humaniter patiaris: eoq; magis ex illis qui subtiliter factum emendant laudabilior (*Diuo Iustiano *sic dispiciente) futurus es ijs, qui primi inuenerunt.* Interim *uanis renuncies tuis excusationibus, quibus namq; praetendere consueuisti, tam copiosum scribentiũ esse delectum, ut fermè quis in dubio haesitet cuius nam lectioni magis foret imbiandũ: verum quicquid eius sit opinionis, nos (inquam) veraciori innitimur sanctioni praelibati* Imperatoris Iustiani *inquientis, neq; ex multitudine authorum quod aequius & melius est iudicatote. Cùm posit unius forsan & deterioris sententia, & multos & maiores aliqua in parte superare.* Minus *etiam continet excusationis, quod semper in ore habes, conuenit (ais) bono viro ut intensiùs expendat, ne quis se authore aut vitae aut rei familiaris patiatur iacturã: quare si quid amplioris scripti vigilijs tuis in lucem prodiret, id è re tua (ut nobis parum obtrudis consideratè) non futurum, sed in necessariae sustentationis tuae fraudem magis redundare.* Huic *quoq; obiectioni paucis occurri potest, quod videlicet istud ratiocinãdi genus quaestũ potius sapiat colorẽ (ne tamen immeritò nobis irrascaris) quàm ut comprobatae sapientiae consentaneum appareat: quinimò praeclarum eiusmodi facinus velut studiosae iuuentutis commoditatem respiciens magnum ac memorabile erit, quae nimirum tanto pinguius hoc est aeternitatis praemium tibi intimis ex praecordijs vicißim ingenuè precabitur, quantò maturiùs eximias illas lucubrationes tuas (quae lucernam utiq; & accuratam requirunt operam) expedieris.* Id *enim (quò mea etiam adijciatur sententia) mihi habeo exploratum, inter viros consultißimos non raros connumerari, qui ex practica forensi, magnam sibi compararunt scientiam, sed interea priuatas suas obseruationes ita iudicant preciosas, ut alios in foro versantes earum communicatione prorsus dedignentur.* Hoc *tamen meo arbitratu, à proximi charitate nimis longinquum est, quare illi de hominum multitudine magis, quàm paucitate veniunt intelligendi, ex quo huc principis poëtarum illud confert.*

Pauci quos aequus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad aethera virtus.

Quid

Quid (obsecro) in hac mortalitate laudabilius est, quàm praeclarum & immortale sibi comparasse nomen? Quod equidem (scriptura teste) unguento precioso melius ac praestantius aestimatur, idcirco tua pro ingenuitate aequam perhibebis fidem, ut cum Poëta satius sit cantasse:

Causaq; priuatâ publica maior erit.

Ex praemissis demum, quid ego de praesenti lucubrationum tuarum editione iudicem, apertius innotescit: cùm eae ipsae apud doctiores ac in praxi mediocriter exercitatos tam patenter sese commendēt, quò latiori haederatia herba minus habeāt opus, ergo ut coepisti pro tuo candore pragmatica prosequaris studia & de aemulis ac virtuti tuae inuidētibus, quemadmodū in Augustißimo Imperiali foro (ubi ponderosas ac penitus illustrium heroum causas peragere soles.) ita etiam in alijs celeberrimis iudicijs ac in frequenti responsionum iuridicarum conceptione triumphaturum te haudquaquam dubites: veteremq; nostram consuetudinem & conspicuam affinitatem quauis ratione conuulsam iri minimè admittas. Salubriter vale. Ex Comitijs Ratisbo. Sub mensem Augusti. An. 1594.

IVCVNDISSIMO LECTORI IOAN. DREZELERVS I. V. D. OPTAT S.

IS, QVI EXIMIA QVÆDAM AD utilitatem publicam accommodata, se in lucem emissurum pollicitus est, à fide neutiq; se abducat, & quibus se deuinxit promissis, ea ut constanti animo syncerę exoluat, necesse habet. Huiusmodi rei gratia, cùm ego subtilem hanc Baldi nostri omnium Iurisperitorũ iurisperitissimi acerrimaq; ingenij acie præditi disputationem, quæ communi omnium tam decidentium ac professorum quàm consulentium assensu mirificè comprobatur, præ manibus habuerim, ac consultissimi pleriq; (quos eam ipsam legẽdi cupiditate incensos videbam) exemplaria haud uspiam prostare conquesti fuerint, meq; ut eandem resuscitatam pariter ac sub incudem reuocatam iri sinerem, crebrò interpellarint: unde quia præcellentes illos viros mihi amicissimos voti compotes fieri admiserim, adeò ut nedum ipsam solam (quæ paucissimis alioqui constat paginis) ab hominum obliuione vendicandã fore, sed etiam aliquibus auctarijs à me circa arduas partimq; illustres controuersias prouidè signatos consulcitam, nec non adiectis in singulos paragraphos summulis accumulatam, utilitatis causa in hominum manus exire decreuerim. Quę tamen lucubratiuncula (ut verum ingenuè fatear) non est tantæ authoritatis, vel nec etiam limatæ industrię, ut hoc rerum statu eminẽtissima, ut potè apud nos Vdalrici Zasij, Mathei Wesenbeckij, Nicolai Vigelij: apud Italos Anthonij Gabrielij, Iosephi Mascardi, Iacobi Menochij: apud Gallos Andreæ Tiraquelli, Petri Rebuffi, Iacobi Cuiacij: apud Hispanos, Didaci Couaruuię, Ferdinandi vasquij, Anthonij Gomesij: apud Belgas Gabrielis Mudæi, Nicolai Euerhardi & Iodoci Damhouderij, informatorum nostrorum perpetua fidẽ colendorum & nunquàm satis laudatorum

opera

opera ceu æterna monumenta undecunq; venum exposita. Qui (proh Deum) singuli doctores optimo iure magni illi⁹ Caij Scipionis veteris iure consulti Romani (cui⁹ meminit IC. Pomponius) ingenij, nominis ac sublimis studij consortes dignissimi nuncupantur, quibus etiam publicè in sacra via ædes ut faciliùs côueniri possint, dandæ. E quorum vigilijs ut etiam ex equo Troiano multi consumatissimi iureconsulti in lucem prodierunt, qui singulari quadam prudentia maluerunt scire pauca à paucis, quę sunt certa, quàm à multis, quæ sola nituntur suspitione, qua de causa Imp. Iustiniani doctrinā præ oculis habentes, ut id quod melius sit & æquius, non ex multitudinis numero sed rationum pondere æstimauerint, inde quoq; tātis viris sempiternam ex virtute gloriam promanare conspicimus. Cæteròquin omnia non possumus omnes: distincti enim sunt mortalium labores, ac varię animorum passiones, diuersa itidem hominum ingenia, quæ sibi inuicem ex æquo omnibus numeris nec uspiam correspondent, Eò magis quilibet candidissimus lector, huiusmodi laborem contingentibus litigijs quò ad eius mediocriter profuturum non aspernabitur. Tantum quoq; aberit, ut ea ipsa penitus à iudicij limite repellenda arbitretur, verū qualiacunq; ista sint, usu exigente propter authoritatem doctorum (qui secundum allegata, vt per notum est, ponderantur) aliquotenus charitatiuo saltem modo benignè feret. Perspicuum mihi equidem habeo, neminem mortalium omnibus horis sapere: sed inter cætera mihi obuiam iri facilè suspicor: nihil (inquam) esse dictum quod nō sit dictum prius: ad hoc respondetur, sin aliud nil ex industria mea valeam præstare, usum fistulæ duntaxat repræsentasse, haud fore nefas aliquis scitè arbitrabitur: quæ nimirum fistula ex alienis fluuijs aquam bona commoditate egentibus, præstò subministrat: Proinde ubi superuacuum quidpiam in hisce meis quæstiunculis reperies, id iuxta Platonis sententiam minus officere, cùm bis dicere non noceat quod benè dicitur, aliàs quippe lectio copiosa

ſimulq; intimis ex Philoſophiæ legalis fontibus hauſta, nō ingrata cuiquam fuerit viſa. Inſuper ſi quid variatum eſſe (quod tamen, modò in rem quis beneuolè animaduertat, minimè ſperarem) intelligatur. Hoc enim quis non indignè capiat, cùm Papinianum omnium prudentum principē, quandoq; variaſſe, & in contrarias ſententias declinaſſe, Diuus Iuſtinian⁹ ſuo loco adfirmauerit, Propterea te affatim obſecro, doctiſſime lector, ut ipſis grauiſſimi Baldi noſtri reliquijs (qua mente quoq; res forenſes & cum utilitate coniunctas ſuſcipere conſueuiſti) fores in tuam librorū ſupellectilē haud egerrimè patefacias, eaſq; interdū abducto ab alijs occupationibus labore nondum defatigata paſſim verſes manu, quę non tam animo docendi quàm recitādę opinionis voluntate exhibētur. Indeq; nihilo ſeci⁹ cōperies aliquales abſtruſiores moralis ſciētiæ ſenſus p̄clarorū ſcribētiū teſtimonio ſubnixos atq; explicatos eſſe. Nam quemadmodū nauigantib⁹ perneceſſariū eſt, ac mirū præſtat in modū, expertos optimosq; habere nauitas: in ſimili etiā ad dictitātis ſolatiū & cōmoditatē pręcipuè conducit, p̄cellentes eiuſdem materiæ authores habere, quos vel ſequaris vel ęmuleris, vel etiam in diuerſū (ſi id veritatis rationi magis cōſonū apparuerit) intellectū adducere poteris. Eò id maximè nomenclaturā authorū, quib⁹ additiones noſtræ huic diſputationi adpoſitę potiſſimū nitūtur, p̄figēdā eſſe duxi, ex quib⁹ (ut res ipſa teſtatū facit) ſemper id, quod probatiſſimū videbatur, ac optimū proſequut⁹ ſū: vnde ſolidioris ingenij quiſquis fuerit, probè ſibi recipiat ſe nō turbidos cōſectatū riuulos, ſed ex ipſo limpidiſſimo fōte bibiſſe tuti⁹ exiſtimet, licèt n. quędā ex noſtro peculiari theſauro erogata min⁹ terſi vel nec acutioris ſint ingenij: attamē cōmoditati multorū ſubſeruire, & quemq; ſuā partē, non tam de magnis permultorū inuolucris, quàm de certis paucorū argumentis ſumere ac conſequi poſſe opinor. Vale ſuauiſſime lector, & iſtas Baldi noſtri reliquias antiquo nitori fideliter reſtitutas (quæ ſæpiuſculè ab egregijs viris expetitæ fuerunt,) à Drezelero tuo volēti capias

pias

pias animo, qui sicubi huius rei gratia minimè ingratus eminuerit: ad maiora abundè præstanda, auxiliante imprimis methodica Vigeliana traditione (quæ præsigniū aliquot iurisconsultorum encomio fundamentorum haud immeritò proclamatur omniū enucleatissima) fauore diuino adspirante lubentior non grauatè possem adduci. Iterum atq; iterum ex animi vale sententia.

CARMEN ELEGIACVM.

AD CLARISSIMVM VIRVM DOMINVM IOANNEM DREZELERVM I. V. D. CEleberrimum Mecœnatem & amicum syncerissimum.

Per me Ioannem Iacobum Wesium Lucemburgensem. I. V. D. obseruantiæ nomine conscriptum.

PYRamides celsas si olim veneranda vetustas,
Magnanimis posuit clara trophœa viris.
Marmore seu Pario, vel structis ære columnis,
Virtutum veteres si coluère decus:
Siq; triumphantum victoria tempora lauro,
Cingebat laudis splendidiore nota.
Talia DREZLERO vigilis monumenta laboris,
Doctori eximio cûr Themis alma neget?
Cum minimè inferior Themidos sit Marte sacerdos,
Militiæ at passu commeet ille pari.
Ecce Perusini celebris certamina Baldi,
Quæ à turbatiua vi sibi nomen habent.
Doctrina omnigena vir rebus natus agendis,
Drezelerus situ subueterata nouat.
Aucta modis varijs atq; emendata decenter,
Eloquio fecit lucidiora suo:
Quin ea sub certa methodo serieq; locando,
Discussit dubios dexteritate locos.

Atria Iustitiæ pandens simul efficit vt sit
  Vtilitas maior hic minor atq; labos.
Turbatiua premit quos vis, sua rite quieta
  Monstrat opus, valeat quisq; tenere bona.
Interdictorum specie declarat abundè,
  Queis aditus riuis clauditur atq; modis.
Nil in discussum, vanum nil, nilq; redundans,
  Hoc compendiolo cernere lector habes.
Vnde precor studium vigilans & cura legendo
  Ponantur, spes est commoda mille sequi.
Eueniet constans Drezlerus munere tanto,
  In lucem vt plura detineatur, eant.
Hinc bene promeritas Cathedræ fora, Curia grates,
  Drezlero referant vitaq; longa fiet.
Neq; etenim hæc fama est oris mansura vicinis.
  Ibit at ambobus nota futura polis.
Ergo ego nunc superest parte quoq; grater honore
  Immemor officij ne noter esse mei.
Dignum opus est doctis quod tu Drezlere parasti,
  Digna scholis opera est digna & amore fori.
Illustrisq; Comes neq; dedignabitur istud,
  ZOLLERRANVS opus cui facis esse sacrum.
Perge, tua æternis scribentur nomina factis,
  Gloria nunc viuo est pòst quoq; fata decus.
Huc quos congessit versus tibi amica voluntas.
  Obsequij capias candida signa mei.

Ioannis Iacobus
VVesius I. V. D.

AD OPVS.

AD OPVSCVLVM, EIVSDEMQVE EDITOREM Ioan. Drezelerum I. V. D.

VT magno tumefacta superbiat umbria BALDO.
Vrbis BONVM leges Dominae FACTVM vocant:
Subditus orbis idem sentit: quum ROMA peribit.
Vna peribit hic fori Mystes tui:
Donant, aequa virum tam grandi munere Pallas,
Themis volens, auita diligentia:
Qua tamen, haud penitus, ne quid consumere posset,
Est victa duri temporis voracitas.
Interdicta (quibus vigilantia iura tueri
Possessiones omnibus student suas)
Ingenio quondam CONSVLTVS diuite, bina
Assertione enucleârat utili:
Vnum possessor sua quo retinere iubetur.
VIS amouetur, & procul TVRBATIO:
Amissas recipit quo res possessaq; pridem,
RECVPERAT alterum: parum sed afuit
Tantus nocte labos, solertia tanta sepulchro,
Opem tulisset ipsa incitam salus.
Tu quoque nunc facis, haec monumenta perennia durent,
Consulte iuris magne: commentarij
Quippe loco, quae sunt studio tibi cognita longo,
Adiungis, obseruataq; usu plurimo:
Nec satis hoc: Baldus quam praetermiserat, addis
Sit consequenda quomodo possessio:
Interdicta tibi sic possessoria uisum
Supplere, luci sic & aeuo haec reddere.
Ergo tibi fas est linguis animisq; fauere,
Eos, colunt qui dictum ab astris virginem;
Ipse procos inter reliquos ego virginis huius
Operi nouo curisq; do plausum tuis.
Te precor ac alios, quos me magis ardet Apollo,
Hoc qualecunq; consulant carmen boni.

C. S. Iurium Candidatus recitabat.

VERSVS HEROICI.

A. DN. I. R. SACRARVM LL. LICENTIATO EX CAVSA INTIMÆ NECESSITVDINIS iugiter iam diu habitæ, Ioanni Drezelero I C. inscripti atq; dicati.

SI qua fides homini merito tribuenda caduco,
Decidat ut scriptis in vulgus euntibus, illis
Primus honor dabitur licitū quibus esse ꝓbatur
Nec satis ingenio nimium quis fidat vt acri,
Sed plus doctorum accedat censura virorum,
Clare vir aspexit quia te Themis alma benignè,
Iudicij accessum pateris sapientis ut antè,
Dum te suppositum tremebundo examine ROMA
Discuteret, varijs spinosum nexibus, & te
Non secus ac trutina libraret vt arte suprema
Lauderis, tribuens magni doctoris honorem.
Roma inquam domiti quæ latè dicitur orbis
Ausonium caput, Imperij cui summa potestas,
Quà resident superi Magnates, cœlitus isthac
Demissi purâ pietatis origine cincti:
Quàq; nouenarum colitur pia turba sororum,
Et iuga vorticibus Parnassus ad astra duobus
Erigit, ac molles effodit Pegasus vndas.
Vtq; sub exiguo complectar singula verbo,
Vrbs est, quam matris dignatur nomine Mundus
Porrecto lactet, quod cunctos vbere tractus.
Magna nec occluso peragebas carcere solus:
Sed doctæ circum te voce stipante coronæ
Concordi nutu, non vt dissenserit vnus,
Omnes in pretio tua iura decenter habebant,
Nempe Rotæ sacræ clarus BAPTISTA Decanus,
DE RVBEIS dictus: primâ quoq; sede disertus
CAROLVS ille locum tunc BALDASINVS habebat:
Ingenio POLLENS pariter sic VELLIVS, atq;
Egregiâ MARIVS GABRIELLIVS arte corruscans:

l. vnic C. de stud. lib. vrb. Rom. lib. 11. & c. 2. de priuil. lib. 6. gl. in proœm. ff. §. hæc autem.

PETRVS

Petrvs & incandens Aldobrandinvs amore,
In superos, summi nunc sceptra tenentis amatus
Pontificis frater: claroq; Fabrictivs ortu
Lazzarvs insignis, celebri quoq; nomine Marcvs
Bisognvs, doctus simul atq; Parentivs: & non
Vltimus ingenio sed primus Aloysivs arte
Terzaghvs dictus niuea virtute triumphans:
Etsi sunt alij quorum meritissima Fama,
Iam crebrâ totum laude est effusa per orbem.
His tibi concessum est iunctim præsentibus, omne
Ius pro iudicio doctis euoluere scriptis:
Desuper eximias lateriq; adnectere glossas
Quidq; opus? an tantum tua gloria viuit in isto,
Italiæ campo? non: sed quoq; Teutonis ora
Digna fuit tanto, tamq; excellente patrono:
Nam caussas multis egisti practicus annis
Spiræ, quâ summè viget Imperiale tribunal,
Totius in publicis conuentibus insuper orbis,
Ac binis lustris te Zolllerranvs adornans,
Ille Comes vehitur celsâ super æthera laude.
Non ego si centum linguæ sint, oraq; centum.
Omnia commemorem: verùm hoc me dicere fas est.
Quum curata tibi laudis fastigia prima,
Sintq; omni populo varias oblata per oras:
Quindecies centum post nati tempora Christi,
Adiectis lustris quindenis, postmodò restant
Quattuor, ante annos tibi tot Doctoris honorem,
Romæ gratanti decoratus voce parasti.
Plurima scribenti quoq; robur Apollo ministrans
Suggeret æthereo clarissima nomina flatu.

Vil Meister jetzt findt man vberall/
Jedoch wenig gût in der zall.
Die besten laßt vns drumb hoch achten/
Solche lobn vnd darnach trachten.

Magna Magistrorvm versatur copia passim,
Quorum perpaucos Mvndvs tamen auget honore:
Talibus ergo viris Encomia rite canantur.

AL' AVTORE.

Generoſo ſcrittor, inuitto e chiaro,
Che di ſalde virtú, con ampia dote,
A' le vaghe, fallaci, e torte ruote
Di fortuna, attrauerſi alto riparo.

A mal grado d' alcun', ingordo, e auaro,
Che POSSIDENDI IVS *non ſá ne puote*
Il torto riparar, dal qual ſi ſcuote,
Rimarrai ſempre pur fundato e raro.

Di quanta ſouentione al ſecol noſtro
Sarebbe, & á l' etá noſtra futura,
La gloria tua creſcendo gli anni ancora.

Viui DREZLERO, *& vigilante cura,*
Che la contraria penna, e auuerſo inchioſtro,
Le tue gran lodi, & nome non obſcura.

INDEX AVTHORVM, QVIBVS ADDITIONES HVIC DISPVTATIONI APPOSITAE

potißimum enituntur.

Fridericus

Nicolaus

ELENCHVS INSIGNIVM ALIQVOT IVRIS CONSVLTORVM, QVI SOLENNEM hanc BALDI nostri disputationem cùm decidendo tum etiam profitendo, partim quoq; consulendo reperiuntur allegasse: nimirum.

I. MAtthæus de Afflictis Neapolitana Decis. 363. num. 2. & 4. Incip. Vtrum Dñæ Pricitæ, &c̃.

II. Boërius Burdegalen. senat. Decis. 239. post nu. 4. & 6. ℣. Bene tamen verum erat. Incip. Et circa hoc fuerunt.

III. Octa. Cacheranus Decis. 55. nu. 1. & 7. Incip. Duo Cano.

IV. Anthon. Thessaurus Pedenmont. Decis. 206. num. 12. Incip. in retinendæ possessionis remedio.

V. Felinus in cap. de cætero num. 13. vers. Et ista verba ponderat Baldus. Desent. & reiud.

VI. Ioannes Francisc. Ripa sub tit. de causa possess. & proprie. respons. 52. incip. Curatus.

VII. Marant. in tract. suo de remed. poss. nu. 236. fo. (mihi) 66.

VIII. Hieronimus Cagnola in L. non est singulis ff. de reg. Iur. vers. sed maius dubium est.

IX. Iosephus Mascard⁹. de probat. conclus. 1193. n. 53. vol. 3.

X. Iacobus Menochius, de retinenda possessione remed. 3. num. 312. & 719. & 733. & 735.

XI. Alex. de Imola cons. 51. in fin. vol. 1. Idem cons. 73. n. 6. ℣. Et primo vol. 3. & cons. 88. nu. 12. & 31 vol. 5. Incip. Quoniam omne datum optimum.

XII. Bartholomæus Socinus, cons. 54, nu. 13. & 19. vol. 4. incip. Visa breui narratione.

XIII. Decius cons. 302. nu. 11. incip. Et pro tenui facultate.

XV. Marianus socin. iun. cons. 146. num. 28. vol. 1. Incip. In caussa turbatæ possessionis.

XVI. Curtius Iunior cons. 108. n. 25. incip. Sacratissime. par. 1.

XVII Aymo Crauetta, cons. 258. nu. 21. vers. Secundò igitur, incip. Efficaciora visa.

Marcus Ant. Natta cons. 419. incip. In præsenti num. 9. vers. Huic argumento vol. 2. & cons. 572. incip. Valde contenditur num. 16. vol. 3.

XVIII Tyberius Decianus cons. 6. n. 21 vol. 2. incip. Ad primũ.

XIX. Apost. in Bal. ad l. momen. verò interd. ante fin. C. vnde vi.

XX. Petr. Philip. Corneus cons. 172. incip. Visa copia nu. 2. vol. 3.

XXI. Joan. Bertachin. in Repert. vers. Possessor cum titulo, in prin.

XXII Hieron. de Monte in tract. de Finib. cap. 59. nu. 6.

PROOEMIVM.

QVEMADMODVM VVLGI INEPTISSIMI LAVDES CONTEMPTVI HABERE, SApientis eſt: ita eiuſdem vituperia ſimili quoq; ratione ſunt aſpernanda. Id nobis Antigenides Thebanus concinnè declarauit: admonens nullius eſſe momenti ignaræ atq; inſipidæ multitudinis iudicium. Nam multi cùm mali ſint, ſecundum iuſtitiam offendũtur, ex quo nihil penitus Iudicis præeminentiæ vel exiſtimationi detrahere poſſunt, cuiuſmodi non tam dignitas[a] quam miniſterium eſt ſpectandum. Interim haud raro accidit, vt quis multis imperat non paucos offendere ſoleat. Hoc enim æquo Iudici minimè curandũ erit, modo nuſqnam gentium à iuſtitia diuertatur. Siquidem præſtantius eſt ac honorificentius uni Socrati placere, quàm vniuerſo improborum hominum theatro, qui ſemper cuiuſcunq; honeſtæ actionis, iudices inepti eſſe cognoſcuntur, ob id conuenit, vt ſtultè interrogantes[b], ridiculoſo plernmq; dimittantur reſponſo. Cæteroquin ſtolida vulgi eſſe iudicia, præter alia exemplo Policleti nobilis ſtatuarij docemur, qui duo ſimulachra, alterum ſecundum artis normam fecit, alerum ad plebis iudicium, cui nunc addens, nunc commutans, nunc ad voluntatem inſpectantium detrahens, vnicuiq; gratificabatur: abſoluto tandem opere vtrumq; ſimulachrum exibuit inſpiciendum, & cum omnes illud quod ex arte fuerat elaboratum admirarentur, alterum verò vituperarent. Ad hoc Policletus reſpondit, quid vituperatis? à veſtra arte profectum eſt: quod autem laudatis, ego meo feci ingenio: ita pulcherrimè ſtolidam arguit multitndinem, quæ cùm ſine ratione moueatur, nemo eſt qui poſſit illi placere: nam dum quilibet aut ſecundum affectus iudicat, aut pro voto loquitur, neceſſe eſt, vt iudicia diſcordantia circumfe-

A. tex. eſt ſing. in l. ſi quando C. de appellat.

B. l. Domitius labeo 2 7. ff. de teſtament.

rantur, quibus utiq; ne dum ratio humana non poteſt, verùm neq; diuina diſpoſitio facere ſatis. Nunquid videmus quotidiè quando pluit & quando ſerenat alios pluuias laudare, alios vituperare & quibus pluuia modo grata fuit paucis ab hinc horis, mutata voluntate [c] ſerenitatē expoſcere? Vnde tragicam Sophoclis hîc referre libuit. Si neq; Iupiter omnibus poterit gratificari, quomodo ego mortalis & matre ſata mortali prudentia conſilio & gubernatione Iouem ſuperabo? Quapropter in iudicando, cordi [b] magis eſt cuſtodia veritatis, quàm obedientia voluntatis: inde iudex nulla ratione gloriam ſectari debet, ſed gloria Iudicem, quæ quamuis ipſum deſtituiſſet, non ideo à iuſtitia recedendum eſt, cuius in hoc caſu præmium erit honeſtas & recta factorum Conſcientia, qua nullum maius eſt ſolatium, ſanè quem, [e] conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta non timeat: nec aduerſitas quæ bonis objicitur vſpiam eſt curanda, ea nimirum [f] probatio virtutis eſt, non autem reprobationis iudiciū. Huc confert quod ſemetipſum conſolatus eſt Papinianus ille doctrinæ legalis theſaurus in morte, quam innocentiſſimè tulit, eademq; conſolatio ſuſtinuit Vlpianū (Cæſa: Baronius eminentiſſimus ille rerum antiquarum ſcrutator, de ipſius Vlpiani interitu aliter cenſet in Annalib. Eccleſiaſt. tom. 2. à natiuitate Chriſti 225. ſub Alex. Imp. Ann. 2. nu. 25.) cùm ab Heliogabato à dignitate remoueretur: quamobrem illi qui officio ſuo abutuntur, priuilegium dignitatis merentur amittere, [g] cùm permiſſa ſibi poteſtate abutantur. Quinimò iudicanti nec aut ſeueritatis aut clementiæ gloria affectanda, [h] ſed perpenſo iudicio pro vt res quæq; expoſtulat agendum eſt, id ſi accuratè inſpiciatur non expedit ſtolidis plerisq; ſuffragari, qui ſubinde exemplis eſſe iudicandum in ore habent, parum animaduertentes minimam cauſſæ circumſtantiam totum caſum mutare ſolere: quippè ex pluribus circumſtantijs [i] res definiuntur, quæ etiam pro dignitate cuiusq; ſumuntur, nonnunquàm

C. insigniter Fuluius Pacianus nouiſsimè in tract. de prob. lib. 2. cap. 44. nu. 108.

D. elegans tex. in c. iudicet. 3. quæſt. 7.

E. c. cùm in cunctis XI. quæstio. 3.

F. c. aduerſitas 7. quæſt. 1.

G. c. vbi iſta didiciſti 74. diſt.

H. l. reſpiciendū ff. de pœn.

I. l. nonnunquā ff. de iudic. &c.

Refertur violentia & delictorum pluralitas diuersæ speciei, & facta plura quo pacto vnum esse factum censeantur, quodq́; ex nouo delicto, noua suboriatur actio, vnde possessio ei reparari debet, quem constat per violentiam exclusum, & quatenus litis pendentiæ exceptio procedat. Quod etiam ordo Iuris libellorum subsequatur seriem, & qualiter ratificans interdictum possessorium habere ac contradicendo vim facere intelligatur. 6. §.

Expenditur de summario & plenario ac lis quo casu hoc retinendæ possessorio contestetur. Item possessio an facti vel Iuris esse dicatur. 7. §.

Discutitur num quis propria vel Iudicis authoritate aduersarium suum de possessione valeat eijcere? 8. §.

Agitur de probationibus, quæ in materia interdicti retinendæ potissimum requiruntur. Item de possessione iusta vel iniusta quæq; demonstrantur. 9. §.

Traditur quòd vis bifariam inferatur, vna priuata quæ fit sine armis, & altera publica quæ armata manu contingit, estq́; atrox, ac ideo infamare dicitur, Item an omnis publica vis de violata pace queat intelligi, & quæ sint requisita pacis ruptæ iuxta sacri Imperij constitutionem, & quanto tempore accusationi fractæ pacis præscribatur, & quid agentem in hac actione oporteat probare. Num etiam res mobiles in eam veniant. Item an titulus siue dominium agenti possit obijci. Vtrum quoq; in notorio sententia requiratur. Defensio quando in continenti facta censeatur, quo etiam loci inter defensionem personæ & rerum distinguitur. Tandem quot & quæ nam remedia ad possessionem recuperandam existant comporata. Quibus etsi Baldus noster de adipiscendæ interdicto minus quicquam adiecerit, 10. §.

nihilominus ob interdictorum poſſeſſoriorum ſupletionem, de hoc etiam interdicto aliqua coronidis loco ſubnectenda fore cenſuimus.

11. §. *Exarantur quæq; vtilia de interdicto poſſeſſionis adipiſcendæ, Et quis actor aut reus in hoc ſimplici & reſtitutorio iudicio accipiatur: quot etiam modis ab hæreditatis petitione differat, vtrum exceptio proprietatis contra agentem hoc interdicto queat opponi? Item de ſaluiano iudicio, & affine huius interdicti remedio, an etiam quis vacantem hæreditatem inueniens, ad conſequendas res hæreditarias Prætorem cogatur adire? Cuiuſmodi occaſione pulchra adiungitur cautela: tandem ex Martini ſumma poſſeſſoria interdicta breuiſſimè enodantur.*

AD ZOI-

AD ZOILVM.

ZOile mordacem petulans compeſcito linguam,
ADIPISCIER calumniando quid potes?

Quàm referes ſpolia ampla? quid impetrabis honorum?
RETINEBIS inuidi probro, nomen, graui:

Abs te mendaci correptus turpiter ore,
Eò RECIPERABIT magis verum decus.

FAMOSISSIMA VTILISSIMAQVE EMINENTISSIMI BALDI. PERVSINI DISPVTATIO, QVÆ SVB FORMA SEQVENTI PORRIGITVR DISPVTANDA.

ACCVSATVS DE VI TVRbatiua, contra quem erat incidenter petitum, quod ei super turbatione imponeretur silentium, lite pendente. Procuratorem agentis constitutum ad intrandam & continuandam possessionē, non admisit, quapropter coram alio iudice conuentus est interdicto vnde vi: Interimq; prima instantia est finita, de cuius pendentia erat exceptum, receptisq; testibus & probationibus prædictis. Quæritur quæ sint partes iudicis aditi super interdicto vnde vi, videlicet an debeat condemnare aut absoluere, an non producendum absoluere.

1. §. ET VT ALTIVS EXORDIAMVR.

VERSVS HEROICI.

A. DN. I. R. SACRARVM LL. LICENTIATO EX CAVSA INTIMÆ NECESSITVDInis iugiter iam diu habitæ, Ioanni Drezelero I C. inſcripti atq; dicati.

SI qua fides homini merito tribuenda caduco,
Decidat ut ſcriptis in vulgus euntibus, illis
Primus honor dabitur licitū quibus eſſe ꝓbatur
Nec ſatis ingenio nimium quis fidat vt acri,
Sed plus doctorum accedat cenſura virorum,
Clare vir aſpexit quia te Themis alma benignè,
Iudicij acceſſum pateris ſapientis ut antè,
Dum te ſuppoſitum tremebundo examine ROMA
Diſcuteret, varijs ſpinoſum nexibus, & te
Non ſecus ac trutina libraret vt arte ſuprema
Lauderis, tribuens magni doctoris honorem-
Roma inquam domiti quæ latè dicitur orbis
Auſonium caput, Imperij cui ſumma poteſtas,
Quà reſident ſuperi Magnates, cœlitus iſthac
Demiſſi purâ pietatis origine cincti:
Quàq; nouenarum colitur pia turba ſororum,
Et iuga vortıcibus Parnaſſus ad aſtra duobus
Erigit, ac molles effodit Pegaſus vndas.
Vtq; ſub exiguo complectar ſingula verbo,
Vrbs eſt, quam matris dignatur nomine Mundus
Porrecto lactet, quod cunctos vbere tractus.
Magna nec occluſo peragebas carcere ſolus:
Sed doctæ circum te voce ſtipante coronæ
Concordi nutu, non vt diſſenſerit vnus,
Omnes in pretio tua iura decenter habebant,
Nempe Rotæ ſacræ clarus BAPTISTA Decanus,
DE RVBEIS dictus: primâ quoq; ſede diſertus
CAROLVS ille locum tunc BALDASINVS habebat:
Ingenio POLLENS pariter ſic VELLIVS, atq;
Egregiâ MARIVS GABRIELLIVS arte coruſcans:

l. vnic C. de ſtud. lib. vrb. Rom. lib. 11. & c. 2. de priuil. lib. 6. gl. in proœm. ff. §. hæc autem.

PETRVS

PETRVS & incandens ALDOBRANDINVS amore,
In superos, summi nunc sceptra tenentis amatus
Pontificis frater: claroq; FABRICTIVS ortu
LAZZARVS insignis, celebri quoq; nomine MARCVS
BISOGNVS, doctus simul atq; PARENTIVS: & non
Vltimus ingenio sed primus ALOYSIVS arte
TERZAGHVS dictus niuea virtute triumphans:
Etsi sunt alij quorum meritissima Fama,
Iam crebrâ totum laude est effusa per orbem.
His tibi concessum est iunctim præsentibus, omne
Ius pro iudicio doctis euoluere scriptis:
Desuper eximias lateriq; adnectere glossas
Quidq; opus? an tantum tua gloria viuit in isto,
Italiæ campo? non: sed quoq; Teutonis ora
Digna fuit tanto, tamq; excellente patrono:
Nam caussas multis egisti practicus annis
Spiræ, quâ summè viget Imperiale tribunal,
Totius in publicis conuentibus insuper orbis,
Ac binis lustris te ZOLLLERRANVS adornans,
Ille COMES vehitur celsâ super æthera laude.
Non ego si centum linguæ sint, oraq; centum.
Omnia commemorem: verùm hoc me dicere fas est.
Quum curata tibi laudis fastigia prima,
Sintq; omni populo varias oblata per oras:
Quindecies centum post nati tempora Christi,
Adiectis lustris quindenis, postmodò restant
Quattuor, ante annos tibi tot Doctoris honorem,
Romæ gratanti decoratus voce parasti.
Plurima scribenti quoq; robur Apollo ministrans
Suggeret æthereo clarissima nomina flatu.

Vil Meister jetzt findt man vberall/
Jedoch wenig gût in der zall.
Die besten laßt vns drumb hoch achten/
Solche lobn vnd darnach trachten.

Magna MAGISTRORVM versatur copia passim,
Quorum perpaucos MVNDVS tamen auget honore:
Talibus ergo viris ENCOMIA rite canantur.

AL' AVTORE.

GEneroſo ſcrittor, inuitto e chiaro,
Che di ſalde virtú, con ampia dote,
A' le vaghe, fallaci, e torte ruote
Di fortuna, attrauerſi alto riparo.

A mal grado d' alcun', ingordo, e auaro,
Che POSSIDENDI IVS *non ſí ne puote*
Il torto riparar, dal qual ſi ſcuote,
Rimarrai ſempre pur fundato e raro.

Di quanta ſouentione al ſecol noſtro
Sarebbe, & á l' etá noſtra futura,
La gloria tua creſcendo gli anni ancora.

Viui DREZLERO, *& vigilante cura,*
Che la contraria penna, e auerſo inchioſtro,
Le tue gran lodi, & nome non obſcura.

INDEX

INDEX AVTHORVM, QVIBVS ADDITIONES HVIC DISPVTATIONI APPOSITAE potißimum nituntur.

Fridericus

Nicolaus

ELENCHVS INSIGNIVM ALIQVOT IVRISCONSVLTORVM, QVI SOLENNEM hanc BALDI nostri disputationem cùm decidendo tum etiam profitendo, partim quoq; consulendo reperiuntur allegasse: nimirum.

I. MAtthæus de Afflictis Neapolitana Decis. 363. num. 2. & 4. Incip. Vtrum Dñæ Pricitæ, &c̃.

II. Boërius Burdegalen. senat. Decis. 239. post nu. 4. & 6. ỽ. Bene tamen verum erat. Incip. Et circa hoc fuerunt.

III. Octa. Cacheranus Decis. 55. nu. 1. & 7. Incip. Duo Cano.

IV. Anthon. Thessaurus Pedenmont. Decis. 206. num. 12. Incip. in retinendæ possessionis remedio.

V. Felinus in cap. de cætero num. 13. vers. Et ista verba ponderat Baldus. De sent. & reiud.

VI. Ioannes Francisc. Ripa sub tit. de causa possess. & proprie. respons. 52. incip. Curatus.

VII. Marant. in tract. suo de remed. poss. nu. 236. fo. (mihi) 66.

VIII. Hieronimus Cagnola in L. non est singulis ff. de reg. Iur. vers. sed maius dubium est.

IX. Iosephus Mascard⁹. de probat. conclus. 1193. n. 53. vol. 3.

X. Iacobus Menochius, de retinenda possessione remed. 3. num. 312. & 719. & 733. & 735.

XI. Alex. de Imola cons. 51. in fin. vol. 1. Idem cons. 73. n. 6. ỽ. Et primo vol. 3. & cons. 88. nu. 12. & 31 vol. 5. Incip. Quoniam omne datum optimum.

XII. Bartholomæus Socinus, cons. 54, nu. 13. & 19. vol. 4. incip. Visa breui narratione.

XIII. Decius cons. 302. nu. 11. incip. Et pro tenui facultate.

XV. Marianus Socin. iun. cons. 146. num. 28. vol. 1. Incip. In caussa turbatæ possessionis.

XVI. Curtius Iunior cons. 108. n. 25. incip. Sacratissimę. par. 1.

XVII Aymo Crauetta, cons. 258. nu. 21. vers. Secundò igitur, incip. Efficaciora visa.

Marcus Ant. Natta cons. 419. incip. In præsenti num. 9. vers. Huic argumento vol. 2. & cons. 572. incip. Valde contenditur num. 16. vol. 3.

XVIII Tyberius Decianus cons. 6. n. 21 vol. 2. incip. Ad primũ.

XIX. Apost. in Bal. ad l. momen. verò interd. ante fin. C. vnde vi.

XX. Petr. Philip. Corneus cons. 172. incip. Visa copia nu. 2. vol. 3.

XXI. Joan. Bertachin. in Repert. vers. Possessor cum titulo, in prim.

XXII Hieron. de Monte in tract. de Finib. cap. 59. nu. 6.

XIV. Hieron. Gabriel. cons. 180. incip. Clarissime nu. 2. lib. 2.

XV. Barthol. Blarer. ad l. diffamari cap. 5. nu. XI.

PROOEMIVM.

QVEMADMODVM VVLGI INEPTISSIMI LAVDES CONTEMPTVI HABERE, SApientis est: ita eiusdem vituperia simili quoq; ratione sunt aspernanda. Id nobis Antigenides Thebanus concinnè declarauit: admonens nullius esse momenti ignaræ atq; insipidæ multitudinis iudicium. Nam multi cùm mali sint, secundum iustitiam offendūtur, ex quo nihil penitus Iudicis præeminentiæ vel existimationi detrahere possunt, cuiusmodi non tam dignitas[a] quam ministerium est spectandum. Interim haud rarò accidit, vt quis multis imperat non paucos offendere soleat. Hoc enim ęquo Iudici minimè curandū erit, modo nusqnam gentium à iustitia diuertatur. Siquidem pręstantius est ac honorificentius uni Socrati placere, quàm vniuerso improborum hominum theatro, qui semper cuiuscunq; honestæ actionis, iudices inepti esse cognoscuntur, ob id conuenit, vt stultè interrogantes[b], ridiculoso plernmq; dimittantur responso. Cæteroquin stolida vulgi esse iudicia, præter alia exemplo Policleti nobilis statuarij docemur, qui duo simulachra, alterum secundum artis normam fecit, alerum ad plebis iudicium, cui nunc addens, nunc commutans, nunc ad voluntatem inspectantium detrahens, vnicuiq; gratificabatur: absoluto tandem opere vtrumq; simulachrum exibuit inspiciendum, & cum omnes illud quod ex arte fuerat elaboratum admirarentur, alterum verò vituperarent. Ad hoc Policletus respondit, quid vituperatis? à vestra arte profectum est: quod autem laudatis, ego meo feci ingenio: ita pulcherrimè stolidam arguit multitndinem, quę cùm sine ratione moueatur, nemo est qui possit illi placere: nam dum quilibet aut secundum affectus iudicat, aut pro voto loquitur, necesse est, vt iudicia discordantia circumferantur

A. tex. est sing. in l. si quando C. de appellat.

B. l. Domitius labeo 27. ff. de testament.

rantur, quibus utiq; ne dum ratio humana non poteſt, verùm neq; diuina diſpoſitio facere ſatis. Nunquid videmus quotidiè quando pluit & quando ſerenat alios pluuias laudar, alios vituperare & quibus pluuia modo grata fuit paucis ab hinc horis, mutata voluntate [c] ſerenitatē expoſcere? Vnde tragicam Sophoclis hic referre libuit. Si neq; Iupiter omnibus poterit gratificari, quomodo ego mortalis & matre ſata mortali prudentia conſilio & gubernatione Iouem ſuperabo? Quapropter in iudicando, cordi [b] magis eſt cuſtodia veritatis, quàm obedientia voluntatis: inde iudex nulla ratione gloriam ſectari debet, ſed gloria Iudicem, quæ quamuis ipſum deſtituiſſet, non ideo à iuſtitia recedendum eſt, cuius in hoc caſu præmium erit honeſtas & recta factorum Conſcientia, qua nullum maius eſt ſolatiun, ſanè quem, [e] conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta nou timeat: nec aduerſitas quæ bonis objicitur vſpiam eſt curanda, ea nimirum [f] probatio virtutis eſt, non autem reprobationis iudiciū. Huc confert quod ſemetipſum conſolatus eſt Papinianus ille doctrinæ legalis theſaurus in morte, quam innocentiſſimè tulit, eademq; conſolatio ſuſtinuit Vlpianū (Cæſa: Baronius eminentiſſimus ille rerum autiquarum ſcrutator, de ipſius Vlpiani interitu aliter cenſet in Annalib. Eccleſiaſt. tom. 2. à natiuitate Chriſti 225. ſub Alex. Imp. Ann. 2. nu. 25.) cùm ab Heliogabato à dignitate remoueretur: quamobrem illi qui officio ſuo abutuntur, priuilegium dignitatis merentur amittere, [g] cùm permiſſa ſibi poteſtate abutantur. Quinimò iudicanti nec aut ſeueritatis aut clementiæ gloria affectanda, [h] ſed perpenſo iudicio pro vt res quæq; expoſtulat agendum eſt, id ſi accuratè inſpiciatur non expedit ſtolidis pleriſq; ſuffragari, qui ſubinde exemplis eſſe iudicandum in ore habent, parum animaduertentes minimam cauſſæ circumſtantiam totum caſum mutare ſolere: quippè ex pluribus circumſtantijs [i] res definiuntur, quæ etiam pro dignitate cuiuſq; ſumuntur, nonnunquàm

C. *inſigniter Fuluius Paciānus nouiſſimè in tract. de prob. lib. 2. cap. 44. nu. 108.*

D. *elegans tex. in c. iudicet. 3. quæſt. 7.*

E. *c. cùm in cunctis XI. quæſtio. 3.*

F. *c. aduerſitas 7. quæſt. 1.*

G. *c. vbi iſta dicisti 74. diſt.*

H. *l. reſpiciendū ff. de pæn.*

I. *l. nonnunquā ff. de iudic. &c.*

Refertur violentia & delictorum pluralitas diuersæ speciei, & facta plura quo pacto vnum esse factum censeantur, quodq́ ex nouo delicto, noua suboriatur actio, vnde possessio ei reparari debet, quem constat per violentiam exclusum, & quatenus litis pendentiæ exceptio procedat. Quod etiam ordo Iuris libellorum subsequatur seriem, & qualiter ratificans interdictum possessorium habere ac contradicendo vim facere intelligatur. 6. §.

Expenditur de summario & plenario ac lis quo casu hoc retinendæ possessorio contestetur. Item possessio an facti vel Iuris esse dicatur. 7. §.

Discutitur num quis propria vel Iudicis authoritate aduersarium suum de possessione valeat eijcere? 8. §.

Agitur de probationibus, quæ in materia interdicti retinendæ potissimum requiruntur. Item de possessione iusta vel iniusta queq; demonstrantur. 9. §.

Traditur quòd vis bifariam inferatur, vna priuata quæ fit sine armis, & altera publica quæ armata manu contingit, estq; atrox, ac ideo infamare dicitur, Item an omnis publica vis de violata pace queat intelligi, & quæ sint requisita pacis ruptæ iuxta sacri Imperij constitutionem, & quanto tempore accusationi fractæ pacis præscribatur, & quid agentem in hac actione oporteat probare. Num etiam res mobiles in eam veniant. Item an titulus siue dominium agenti possit obijci. Vtrum quoq; in notorio sententia requiratur. Defensio quando in continenti facta censeatur, quo etiam loci inter defensionem personæ & rerum distinguitur. Tandem quot & quæ nam remedia ad possessionem recuperandam existant comporata. Quibus etsi Baldus noster de adipiscendæ interdicto minus quicquam adiecerit, 10. §.

nihilominus ob interdictorum possessoriorum supletionem, de hoc etiam interdicto aliqua coronidis loco subnectenda fore censuimus.

11. §. *Exarantur quæq; vtilia de interdicto possessionis adipiscendæ, Et quis actor aut reus in hoc simplici & restitutorio iudicio accipiatur: quot etiam modis ab hæreditatis petitione differat, vtrum exceptio proprietatis contra agentem hoc interdicto queat opponi? Item de saluiano iudicio, & affine huius interdicti remedio, an etiam quis vacantem hæreditatem inueniens, ad consequendas res hæreditarias Prætorem cogatur adire? Cuiusmodi occasione pulchra adiungitur cautela: tandem ex Martini summa possessoria interdicta breuissimè enodantur.*

AD ZOI-

AD ZOILVM.

ZOile mordacem petulans compeſcito linguam,
ADIPISCIER calumniando quid potes?

Quàm referes ſpolia ampla? quid impetrabis honorum?
RETINEBIS inuidi probro, nomen, graui:

Abs te mendaci correptus turpiter ore,
Eò RECIPERABIT magis verum decus.

FAMOSISSIMA VTILISSIMAQVE EMINENTISSIMI BALDI. PERVSINI DISPVTATIO, QVÆ SVB FORMA SEQVENTI PORRIGITVR DISPVTANDA.

ACCVSATVS DE VI TVRbatiua, contra quem erat incidenter petitum, quod ei ſuper turbatione imponeretur ſilentium, lite pendente. Procuratorem agentis conſtitutum ad intrandam & continuandam poſſeſſionē, non admiſit, quapropter coram alio iudice conuentus eſt interdicto vnde vi: Interimq́; prima inſtantia eſt finita, de cuius pendentia erat exceptum, receptiſq́; teſtibus & probationibus prædictis. Quæritur quæ ſint partes iudicis aditi ſuper interdicto vnde vi, videlicet an debeat condemnare aut abſoluere, an non producendum abſoluere.

1. §. ET VT ALTIVS EXORDIAMVR.

Svmmaria.

1. EX VI TVRBAVIVA NON ORITVR CRIMINALIS *actio sed ciuilis.*
2. *Vis nulla pertinet ad leg. Iul. nisi vis publica,*
3. *Armis si quis aliquem expellat tenetur lege Iulia de vi publica, at sine armis si fiat expulsio, conuenitur lege Iulia de vi priuata.*
4. *Violentia præsumitur in eo qui ad locum armatus accesserit.*
5. *Violentiarum genera quinq; enumerantur remißiuè.*
6. *Vis expulsiua punitur interdicto vnde vi.*
7. *Vi turbatiuæ per interdictum vti poßidetis subuenitur.*
8. *Baldus noster hac celebri sua disputatione ex professo de vi turbatiua potißimum disseruisse intelligitur.*
9. *Pignorationis constitutio quæ nam requisita de iure Imperij exigat, remißiuè.*
10. *Pœna per statutum imponitur factis, quibus à iure non imponitur.*
11. *Statutum iuri communi si vel deroget vel id corrigat, simpliciter intelligitur.*
12. *Statutum regulariter interpretationem recipit à iure communi.*
13. *Statutum pro lege seruatur, si modo rationabiliter sit introductum.*
14. *Statuta terrarum bona ex parte magis in sic volo, & sic iubeo consistunt, quàm in modulari ratione.*
15. *Statuto irrationabiliter facto vtens tenetur iniuriarum.*
16. *Statuta per incertitudinem vitiata illud quod æquius est seruabitur, sicubi vtrumq; sit iustum tunc magis speciale attendetur, num. 17.*
18. *Statutum ius alterius vsurpans, non valet, vt putà, si immunitati Ecclesiæ præiudicet.*
19. *Statutum propter bonum publicum conditum clericos ligat, pars enim populi intelliguntur.*
20. *Clerici appellatione ciuium veniunt.*
21. *Commodum transit cum onere.*
22. *Statuta laicorum & clericorum mixta clerici tenentur seruare.*
23. *Statutum fieri non potest contra vetustam consuetudinem & ab immemorabili tempore præscriptam.*
24. *Rerum suarum quisq; moderator esse dicitur, quomodo intelligendum.*
25. *Statutum rationabile & iustum esse debet.*
26. *Ius suum sine legitima causa alicui tollere contra iustitiam est.*

27. A Statuto generali, si vergat in praeiudicium alicuius personae, appellari potest.

28. Statutum dicitur in honestum, per quod magistratus sibi cum alterius onere consuluit, quia radice capiditatis fundatum est, num. 29.

30. Commodum suum augere cum alterius incommodo, magis est contra naturam quàm ipsa mors.

31. Pontifex & Imperator iura sua corrigunt si in aliorum redundent praeiudiciū.

32. Ius suum ante iudicis declarationem nemo tenetur in discussum relinquere.

33. Possessionis commodum absq; causae cognitione nemini auferendum.

34. Possessorio recuperandae contra iudicem iniustè spoliantem agi potest, sicut contra priuatum.

35. Ad possessionem ne accedant compossessores praetor non vetabit.

36. Iudex vt de facto facilis est in immittendo, sic etiam facilis erit in reuocando.

37. Exceptio nulla contra eum, qui possessione rei suae destitutus est, opponi potest.

38. Confirmari non potest ex supra venienti quod initio nulliter actum est.

39. Possessori vim inferens non tenetur nisi de dolo.

40. Dolus praesumitur in ijs quae sunt de genere prohibitorum.

41. Violentia vbicunq; committitur ibi dolus praesumitur adesse, sed non è contra, num. 42.

43. Dolus intelligitur subesse, vbi quid calidè admissum patet.

44. Dolus committur nedum obscurè loquendo verum etiam insidiosè dissimulando.

45. Possessionis effectus ex fructuum perceptione accipitur.

46. Fructus naturales spacio triennij vsu capiuntur.

47. Vsu capere, id non possumus quod nostrum est.

48. Praescribere possum rem meam aduersus actionem; qua poteram ad eius restitutionem cogi.

49. Fructus rei alicuius dicuntur, qui supersunt deductis expensis, nec potest casus interuenire, qui hoc genus deductionis impedia, num. 50.

ET vt altius exordiamur, opponamus primò quòd quaestio non procedat. Nam quaestio praesupponit, quòd pro vi turbatiua agatur criminaliter: Sed istud Doct. reprobant: quia ex vi turbariua * non oritur accusatio criminalis, sed 1.

ſolum ciuilis actio, vt ff. de act. & oblig. l. ſeruus non in omnibus ff. de iniur. l. ſcientiæ & not. in l. hoc iure in prin. de reg. Iur. per Iacob. de Are. & Bart. & pro hoc facit quod not. l. 1. §. interdictū autem glo. magna verſ. ſed quid dicemus, ibi, quomodo conſuletur, &c. ff. vti poſſid. & C. vnde vi l. momentaneæ, & in glo fin. verſ. vel dic. à capite, vbi dicit glo. quod nulla
2. vis pertinet ad leg. Iul. niſi vis * expulſiua quæ glo. eſt valdè notab.

ADDITIO 1. Salic. ibidem verſ. Quid igitur. Scribit à gloſa in conſulendo, facilè non diſcedendum eſſe: quare circa finem tradit gloſ. iſtam cordi tenendam Bald. noſter pulchrè declarat in d. l. momentaneæ prope fin. do-
3. cens quòd textus adaptetur tantum vi expulſiuæ. Ideo * ſi quis cum armis quem expellat tenetur leg. Iul. de vi priuata quod vix alibi (teſte eodem Baldo) benè reperies, ad hoc etiam in apoſtilla ibid. allegatur iſthæc Baldi noſtri diſputatio. Eò etiam non inconcinnè ſpectat, vt ſi quis ad locum
4. * armatus acceſſerit violentia præſumatur Angel. in l. ſi quis ex domo ff. de furt. per l. idem eſt §. qui armati ff. de vi & vi armat. Quò circa ad maiorem ſubſequentium eui-
5. dentiam ſciendum eſt, quinq; * genera violentiarum per Dd. præcipuè verò Bart. & glo. in l. extat ff. de eo quod met. cauſ. enumerari, videlicet, expulſiua, turbatiua, inquietatiua, ablatiua & compulſiua, vbi diſponit initio de vi expul-
6. ſiua, * quæ punitur per interdictum vnde vi tot. tit. ff. de vi & vi armata. Et habet locum in re immobili, vel in ijs quæ
7. erant in illa re. Sed contra * vim turbatiuam, ſubuenitur

per

per interdictum vti possidetis glo. in d. l. extat. Reliqua tria genera Bart. ibid. nu. 3. ex ordine pulchrè discudit, quæ non adeo huius loci esse apparent, eò quod Bald. in hac disputatione sua de vi ex pulsiua præsertim in vers. finali, de interdicto recuperandæ, &c. pauca quædam subijcit, sed ex professo de turbatiua * (quæ interdictũ redinendæ pos- 8.
sessionis supponit Dd. in l. vnic. C. vti possid. Andr. Gail. obser. 3. nu. 2. lib. singul. de pignorat.) magis disceptare voluisse intelligendus erit. Hoc tamen adiectum cupimus si pignorationis requisita euidenter non appareant, tunc constitutioni Imperij non datur locus Gail. d. obser. 3. nu. 5. lib. sing. de pignorationib. quò loci talia * requisita si- 9.
gillatim enumerantur. Quomodo autem illud pignorandi ius in augustissimo Imperiali Prætorio deduci cõsueuit apud Minsig. obser. 12. cent. 1. per aliquot ibidem præiudicia satiùs liquet.

NISI statutum hoc dictaret, quia statutum potest imponere * pœnam factis, quib à iure 10.
non imponitur, vt ff. de extra ordin. criminib. l. Saccularij §. sunt quædam & ff. de decret. ab ordin. facien. lib. 1.

ADDITIO 2. Statutum iuri * communi derogans 11.
vel id corrigens non recipit ab eo declarationem, sed debet intellgi simpliciter prout iacet, ita Bald. noster singulariter in l. maximum vitium col. pen. vers. vlterius quæritur C. de liber. præterit. quam doctrinam in cœlum vsq; commendando extollit castrens. in l. vlt. §. in computatione C. de iure deliberan. nec minus commendat Alex. cons. 20. incip. viso processu col. fin. vol. 1. Socin. reputat singulare in l. cùm filiusfam. col. 4. ff. de verb. oblig. & memoria dignum esse ad limitationem regulæ * quæ habet statu- 12.

tum interpretationem recipi ſecundum Ius commune vt loquitur tex. in c. cùm dilectus. §. quia nobis, de conſuetud.

13. ET hoc verum eſt, quaodo ſtatutum eſt * rationabiliter introductum, nam tunc pro lege ſeruatur.

ADDITIO 3. Idem Bald. pulchrè, in c. 1. ſub fin. de
14. alienat. feud. dicit ſtatuta terrarum * pro maiori parte conſiſtunt magis in ſic volo & ſic iubeo quàm in modulari ratione ideoque ita interpretari debent vt non mereantur à ſapientibus reprehendi arg. l. ſaluius Ariſto. ff. de legat. præſtand. Corn. ita refert conſ. XI. incip. ſtantibus dictis ſtatutis col. 2. vol. 1. & conſ. 17. incip. in hac conſultatione col. pen. illo vol. 1.

15. SED quando eſſet per * vſurpationem & irrationabiliter conſtitutum, qui ſciens ea vtitur, tenetur iniuriarum ff. de iniurijs l. iniuriarum actio nec hæredi §. fin. vbi de hoc ſuper verbo, vſurpatum.

ADDITIO 4. Quid ſi contraria in eodem loco reperiantur ſtatuta, an per incertitudinem vitientur? per ea quæ notant ſcribentes in l. ita ſtipulatus la grande ff. de ver-
16. bis oblig. ſed verior opinio eſt, iuſtius* ſtatutum & æquius ſeruari oportere iuxta doctrinam Bald. in c. cùm olim verſ. caſus, de conſuetud. Hoc ipſum pro ſingulari refert Iaſon. in l. Gallus §. 1. circa finem. de liber. & poſthum. & in l. 4. notab. 1. C. de Teſtam. vbi verò vtrumq; ſtatutum
17. ſit æquum & iuſtum * ſeruabitur illud quod magis eſt ſpeciale Bald. eleganter in l. executorem col. 6. c. de execut. rei iudic. Alex. vt plurimum commendat conſ. 29. incip. quoniam

quoniam abundè col. 1. vol. 1. Andr. sicul. in repet. rubr. ext. de fid. instrument. col. 3. Et si inter duo statuta de magis speciali incideret dubium, tunc illud specialius censebitur quod magis vtilitati communi fauet prolixè ea de re differit Felin. in c. nonnulli col. 25. in prin. vers. & fauore publicæ vtilitatis, & rescript.

VNde non valet statum * vel consuetudo, quę 18.
ius alterius vsurpat. vt ibi dicit glo. ordinaria, quæ facit ad multa. Præterea si quis putat se possidere & turbat alium qui similiter se putat possidere neuter istorum delinquit.

ADDITIO 5. Si laici quippiam statuerent quod postmodum iuri vel immunati clericorum præiudicaret: verbi gratia statutum disponit triticum molendum ad magistratus molendinum esse deferendum. Quæritur an illud statutum personas comprehendat Ecclesiasticas, pleriq; disponunt quod non. Thom. Gram. decis. Neapolit. 100. incip. in causa vniuersitatis, &c. Bocr. decis. 125. Verum enimuerò tale statutum propter bonum publicum satius
apparet esse conditum, clerici equidem * ciues & populi 19.
pars censentur. Nam prælati & clerici de temporali districtu existimantur c. fin. de offic. de leg. lib. 6. eaq; ratione priuilegijs ac libertatibus patriæ gaudent ex sendentia Iohan.
Andr. in nouellis. Et ciuium appellatione * comprehen- 20.
dantur, vt scriptum reliquit Bald. in l. 1. §. huius studij ff. de iustit. & iure. Iason. ibid. quem sequitur Fran. Marc. Parlam. Delphi. decis. 455. Incip. quæritur super epistola nu. 9. per tex. in c. cùm nullus de temp. ordin. lib. 6. facit c. cùm parati de appellat. Cùm itaq; tanquam ciues priui-
legijs gaudeant commodumq; inde reportent * vt dam- 21.
num pariter sentiant æquum est. l. secundum naturam ff. de reg.

de reg. iur. per ea quæ animaduertit Couarru. in reg. possessor. part. 2. §. 4. nu. 8. Ea enim statuta siue consuetu-
22. dines quæ mixtæ sunt laicorum * & clericorum adstricti sunt clerici ad eorũ obseruantiam vt communis est omnium sententia teste Bartolo in Rubr. de reb. Eccles. non alien. tradit Cassanæ. in consuetud. Burgund. Rubr. 9. §. 10. nu. 53. Nec aduersatur illa Neapolit. Thom. Grammat. Decisio: ad eam siquidem ex fundamento respondit doctiss: Ignat. Lopez. in practica crimin. canonica cap. 55. vers. Sed vt liberè dicam referens in d. decis. 100. non constare articulatum fuisse aut probatum statutum illud propter vtilitatem publicam emanasse. Quò etiam latius declaremus ante relatam Baldi doctrinam repetendo scilicet (statutum quod alterius vsurpat ius non valere) facilè fortassis contingere posset quod magistratus quispiam (faxit Deus ne tales casus in facto comperiantur) faciat statutum
23. contra vetustam * consuetudinem & ab immemorabili tempore præscriptam (quæ etiam loco est legis & priuilegij iuxta vulg.) vicinæ communitati, valdè nociuum ipsiq; multis modis damnosum. Haud dubiè, isto sub vela-
24. mine, quòd rerum * suarum quisq; moderator sit & arbiter vulg. l in re mandata C. mand. Quod equidem iuris thema obtinet, si disponendo alteri nullum adferretur præiudicium Ripa lib. 2. responsorum cap. 25. post Aretin.
25. per eum allegatum Statutum verò vt * validi mereatur nomen, iustum honestum & rationabile esse debet c. erit autem lex dist. 4. Felin. in c. cùm omnes nu. 1. de constit. Decius cons. 606. nu. 13. Bald. in c. quæ in Ecclesiarum illo
26. tit. Est enim contra iustitiam * ius suum alicui sinè legitima causa tollere per Ioan. Bapt. à S. Seuerino in l. omnes populi in 3. quæst. tert. quæst. principalis col. 31. & seq. ff. de iust. & Iur. quem sequitur Socin. cons. 272. nu. 8. vol. 2. Quia statuens proprijs inhiando vtilitatibus in aliorum præiudiciũ statuere non debet d. c. cùm omnes de constit.

Bart.

Bart. in l. fin. col. 5. verſ. dico etiam ff. de appellat. recip. Quòd ſi ſtatutū * prima facie ſit generale, ſed reuera in ali- 27.
cuius præiudicium, ſit conditum poteſt appellari & per ſuperiorem corrigi l. 1. & ibi gl. ff. de dol. except. Salic. l. in multis C. de appell. recip. Bald. in l. quiſquis C. quor. appell. recip. Dec. in c. conſuluit. el. 3. col. fin. de appellat. nemini enim ius ſuum iam quæſitum per alium poteſt auferri l. fin. ff. de pact. nec alicui iniqua conditio per alterum inferenda eſt l. non debet de reg. iur. Cagnol. ibid. Sanè
in * boneſtum eſt ſtatutum per quod magiſtratus ſibi con- 28.
ſuluit cum alterius incommodo & iactura locupletari intendit, vt l. nam natura ff. de condict. in deb. & c. locupletari de reg. iur. in 6. Et hæc maximè ſunt vera cùm ex eiuſmodi ſtatuto graue damnum aliquibus de communitate
inferatur. Si etiam qua præſenſi ſtatuti * adducatur cauſa 29.
illa in radice cupiditatis & auaritiæ fundata eſt d. c. cùm omnes de conſtitut. Huc confert elegans Ciceronis ſententia lib. 3. offic. quam referunt ad idem propoſitum Ripa loco ſuprà citato & Petr. Anchorant. conſ. 298. nu. 4. infin. & Cacheran. Senat. Pedemontan. deciſ. 17. nu. 12.
Detrahere aliquid alteri & hominis incōmodo ſuum * au- 30.
gere commodum, magis eſt contra naturam quàm mors. Vnde, ſi qui magiſtratus talia damnoſa fecerint ſtatuta, foret ſalubrius ea abrogare quàm propagare. Cùm etiam Ro-
man. Pontifex. * & imperator iura ſua corrigant maximè 31.
ſi in aliorum redundent præiudicium c. ſtatutum in prin. de reſcrip. lib. 6. & not. in c. qualiter el. 1. de accuſat. not. Ioan. Andr. poſt Innoc. in c. pleriq; de immunit. Eccl. verſ. Quid ſi Imperator vel alius Princeps, &c. Hoc ſi pari modo factum fuerit, eò minus auaritiæ & cupiditatis in futuro ſeculo magiſtratus ab æthnicis accuſatos iri certò ſibi perſuadeant, ſi modo reipſa Chriſtiani deſiderent appellari.

32. NAM ante iudicis * declarationem nemo denetur iũs ſuum indiſcuſſum relinquere vt l. illud ff. de petit. hæred.

33. ADDITIO. 6. Præclari enim iuris eſt nemini * abſq; cauſæ cognitione commodum poſſeſſionis auferendum eſſe l. ſi quis ad ſe fundum C. ad leg. Iul. de vi publ. c. conquerente vbi Canoniſt. de reſtit. ſpol. per quem text. patet vt ſi iudex proceſſerit extra iudicialiter quòd pro eo non
34. præſumatur. Imo contra * iudicem iniuſtè ſpoliantem poſſeſſorio recuperandæ agi poſſe ſicut contra priuatum ad hoc Panorm. in vlt. col. dicit iſtum text. menti tenendum, glo. ibid. in verb. perceptis Schurff. conſ. 6. nu. 7. cent. 3. incip. cùm nullitas.

VNde nec ipſe prætor debet prohibere com-
35. poſſeſſoribus * ne ad poſſeſſionem accedant vt not. Innoc. in c. præſentia ext. de probat. & in authent. vt nulli iudicium §. ſuper hoc. Præterea etiam culpa criminaliter non punitur, ob, id non punitur criminaliter etiam qui improbam poſſeſſionem defendit: & accedat quod not. inſtit. in proœmio ſuper verb. calumniantium, & C. de Epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam rapere per Cyn.

36. ADDITIO. 7. Nam ſi iudex * prohibendo de facto procederet, & facilis fuerit in immittendo, ſic etiam facilis eſſe debet in reuocando ita Weſenbec. conſ. 7. nu. 7. verſ. Quò circa niſi. part. 1. nec confirmationem petenti applaude-

plaudebit l. 1. §. necessario ff. si mul. ventr. nomin. l. si minor vbi gl. ff. de euiction. Innoc. in c. querelam de elect. Quoniam priuatus possessione rei suę * etiam per iudicem 37. ante omnia restituendus est, adeò vt nulla contra eum, qui petit restitutionem, opponi queat exceptio l. 2. C. si per vim vel alio modo l. authoritate C. vnde vi, quò spectat, ex superuenienti * non posse id confirmari quod ab initio 38. nulliter actum est, l. obligari §. tutor ff. de auth. tutor. Roman. cons. 158. nu. 4. & seqq. incip. circa artic.

VNde vim inferens possessori * non tenetur 39. nisi rationem doli, quia non intendit offendere quenquam C. vnde vi l. inuasor per Cyn. Si possessio vacat non tenetur criminaliter C. vnde vi l. fin. In contrarium videtur. Nam ego possum te turbare in possessione quam non teneo, & dolo te turbo, non sinendo ad possessionem accedere, ponendo insidias in via, de cond. & demonst. l. quibus diebus in prin C. vbi de poss. agi opor. l. 1. vel minando laboratorib. tuis, quapropter nolunt colere ipsi, nec seminare de vi & vi armata l. vim facit.

ADDITIO. 8. In ijs quę sunt * de genere prohibitorum 40. semper dolus præsumitur Matth. de afflict. in c. 1. §. si quis hominem 2. notab. nu. 3. de pace tenend. Vbicunq; enim violentia * committitur ibi dolus adesse præsumitur 41. l. 2. §. doli mali mentio ff. de vi bonor. rapt. Sed non è contrario * qui dolo facit vim dicatur inferre per tex ibid. Do- 42. lus tamen * æquè intelligitur si quid callidè comperiatur 43. ad mis-

ad missum l. prætor ait la. 2. §. si cùm seruum ff. illo tit. de vi bon. rapt. Lucas de penna recitat 223. casus in quibus dolus & fraus aliaq; huiusmodi præsumantur in l. quemadmodum nu. 6. C. de agric. & cens. & ibid. nu. 23. lib. XI.
44. tradit dolum nedum committi * obscurè loquendo, sed etiam insidiosè dissimulando l. ea quę §. vlt. ff. de contrah. empt. Cùm verò super his certa regula dari non possit, necessariò iudicis relinquenda sunt arbitrio l. continuus ff. de verb. oblig. l. in omni ff. de. iur. & fact. ignor. tunc enim iudex an doli indicia sint indubitata discutiet magisq; credet eis l. sciant C. de probat. c. excommunicamus §. fin. de hæret. Sin autem fuerint leuia non credet l. 3. §. fin. ff. de minorib. l. eleganter ff. de dolo.

45. VEL impediendo eos ne deferant * tibi fructus ex quibus effectus possessionis accipitur vt not. in c. dudum in prin. de decim. per Innoc. Certè à me facinus non abest. ergo criminaliter acusari possum d. l. seruus, de action. & oblig.

46. ADDITIO. 9. Panorm. in c. grauis de restitut. spoliat. scriptum reliquit fructus * naturales quem intubitanter posse per triennium vsucapere hoc est spacio triennij vt not. in l. sequitur §. fin. ff. de vsucap. & confert l. in bello §. Si quis seruum ff. de capt. & post l. reuers. alioquin iuris
47. non est obsuri. cùm fructus * suos fecerit non possit vsucapere, nam quod meum est vsucapere non possum d. l. in bello, adhoc conducit text. in d. l. sequitur §. lana. Aduersus tamen iudicis officium vsucapere potest, per quod re-
48. stituere tenenebatur, quia possum præscribere * rem meam aduersus actionem, qua poteram cogi ad eius restitutionem, vt est text. in d. l. in bello §. si quis seruum de capt. & post lim. gl. & Bart. in d. l. sequitur §. fructus, de vsucap.

Subinde

Subinde quæritur etiam qui dicantur fructus * rei alicuius. 49.
Et sunt illi qui supersunt deductis expensis, fructuum causa quærendorum factis l. si à domino vel patre §. fructus & l. planè in fin. ff. de petit. hæred. l. 1. C. de fruct. & lit. expen. Vbi disponitur fructuum nomine contineri, quod iustis sumptibus deductis superest, nec potest aliquis * casus in- 50.
ueniri qui hoc deductionis genus impediat l. si fundus ff. famil. hercisc. & l. fructus ff. solut. matrim. Gail quoq; hoc tangit cap. 17. nu. 9. de pac. publ. lib. 2. exinde fructus necessarijs deductis impensis debebunt censeri l. fructus ff. de oper. seruor.

2. §. PRAETEREA EX ISTO, &c.

Summaria.

1. SENTENTIA NON INIVSTAE PETITIONI SED IVri & iustitiæ conformis esse debet.
2. *Possessio non debet auferri nisi per sententiam.*
3. *Possessionem ex decreto iudicis inualido ingrediens turbare dicitur.*
4. *Decretum parte non citata inualidum esse censetur.*
5. *Menochius omnium illorum, qui interdicta possessoria deduxerunt, princeps est.*
6. *Sententiæ & decreti hæc est differentia, quod illa super actis iudiciarijs ferri soleat, istud verò quasi mandatum iudicis existimetur.*
7. *In forma iudiciali si peccetur, res dicitur destrui.*
8. *Is turbari potest, qui non violenter de possessione expulit.*
9. *Turbare aliquem non intelligimur, si fiat iusta ex causa, & factum dolo careat.*
10. *Turbatio sicut nec aliud maleficium sine animo non committitur.*
11. *Turbatio quæ fit lata culpa sapit maleficium, si in crimen incidat, vt nu. 12.*
13. *Dolum aut culpam interdicto vti possidetis agens, non tenetur probare.*
14. *Turbantis effectus probatur per ipsius protestationem.*
15. *Actus sequens præsumitur factus secundum causam præcedentem.*
16. *A protestantis voluntate, quæ dependent, in ijs protestatio multum operatur quò ad contrarium actum sequentem, in absentia partis facta.*

17. *Affectus animi postea ex subsecuto rei effectu declaratur.*
18. *Ex mente & verbis quod venit fortius esse dicitur, quàm quod ex sola proueniat mente.*
19. *Actus realitatem magis quam verba inspicimus.*
20. *Facta longè sunt fortiora ad mentis declarationem quàm verba.*
21. *Verba sępè contra loquentis intentionem proferuntur.*

PRæterea ex isto maleficio potest agi ciuiliter iniuriarum, vel de dolo, l. cùm quis persuaserit ff. de dolo. Ergo criminaliter, primum patet, per d. l. iniuriarum §. fin. ff. de iniurijs & l. qui pendentem ff. de action. empt. consequens tenet regulam, quæ traditur ff. de priuat. de lict. in glo. ordinaria, & videtur expressum l. 1. C. de appell. secundum primam lecturam. Insuper ille qui turbat aliquem in sua negociatione ne eam faciat, punitur criminaliter, vt l. 1. C. de monopol. ergò idem si in possessione. Item pro damno dato competit accusatio criminalis, vt not. in d. l. fin. C. vnde vi, sed ista vis turbatiua damnum infert, ergo competit accusatio criminalis. Sol. Quando ambo possident in controuersia pro tali turbatione, non habet locum accusatio criminalis donec per iudicem sit indictum silentium. Nam tunc demum sententia iudicis priuat eum licentia possidendi, & ius possidendi, consolidat victori, fac. not. Innoc. in c. cum nostris, de concess. præbendæ.

ADDI-

Additio. 10. Talis siquidem * sententia non in- 1.
iustę petitioni sed iustitię & Iuri conformis esse debet, quæ omnia in libello petuntur administrari, per l. cum prolatis Dd. ibid. ff. de re iudic. c. cùm dilectus, de ordin. cognit. & c. 1. de offic. de leg. & c. inter cætera, de sententia excom: Alioqui vero * possessionem nisi per sententiam causa ple- 2.
nè cognita ac probata auferri decet l. 1. C. si per vim vel alio modo, Bald. ibid. Curt. & alij in l. vnic. C. de prohib. sequest. Alex. & Socin. nu. 3. in l. si fideiussor §. fin. ff. qui satisd. cog. aliàs enim turbat qui * alterius possessionem ingredi- 3.
tur ex decreto iudicis inualido, cùm is ingrediens scit vel ratione naturali scire potest decretum esse inualidum, vt quia concessum fuit parte non citata * ita respondendo 4.
sensit Berous cons. 45. nu. 6. lib. 3. quem refert ad hoc & sequitur Princeps * ille omnium interpretum in hac in- 5.
terdictorum vniuersiq; propemodum iuris materia Menochius, de retinenda possess. remed. 3. nu. 474. Quandoquidem Bald. noster in hac disputatione sua sententię non autem decreti iudicis loco antè citato mentionem faciat, consentaneum erit sententię potius adhærere quàm decreto. Quippe inter sententiam * & decretum ea statuitur dif- 6.
ferentia. Quod illa super actione, responsione, actis & actitatis ac conclusione in caussa, iudicialiter ferri consueuit. Istud verò dicitur quasi mandatum iudicis, ita respondit accuratè Wesenbec. cons. 6. nu. 211. part. 1. Ideoq; si in forma * peccetur iudiciali, non procul abfuerit rem de- 7.
strui l. Iulianus §. 2. ff. ad exhiben. & §. si tamen alienam Instit. de rerum diuis.

SI autem non possidens dolo vel lata culpa turbat possidentem, quia facinus non abest, criminaliter accusari nequit, & ita procedit titulus quæstionis. Et nota alium casum, in quo inquieta-

quietare & turbare possum aliquem impunè,
8. non tamen spoliare: vt si tu per vim * expulisti me à possessione, in qua postea clandectinis insidijs turbo te: nam hoc est mihi licitum vt not. ff. vti possid. l. 1. sub fin. in glo. quod est not.

9. ADDITIO. II. Turbatio * minimè commissa esse dicatur, si factũ careat dolo & fiat ex iusta caussa Bald. in l. fin. nu. 4. vbi glo. & Dd. C. fin. regund. Iason. in l. quò minus nu. 100. ff. de flumin. Bart. in l. 1. §. huius autem nu. 2. & §. vlt. nu. 19. ff. vti possid. Paris. cons. 112. nu. 72. vol. 1. Bald. in l. quemadmodum §. magistratus nu. 3. ff. ad leg. Aquil. Alex. in l. colonus ff. de vi & vi arm. Salic in l. ab
10. Anastasio in fi. C. mandat. Ad hoc quoq; * necessarium est vt turbetur, animus turbandi, sine quo non committitur sicut nec aliud maleficium l. 1. C. si aduers. delict. l. pen. ff. ad leg. Iul. de adult. Bald. cons. 436. vol. 5. & cons. 148.
11. vol. 1. Quando verò scienter aut * lata culpa fit turbatio quod tunc fit maleficium & nedum ciuiliter verum etiam criminaliter punitur, per l. seruus non in omnibus ff. de action. & oblig. Bald. in l. momentaneę & l. si quis in tantam C. vnde vi. Sed Bart. in d. l. iniuriarum 13. §. vlt. ff. de iniur. docet pro vi turbatiua nullã actionẽ publicã esse proditam. Idem Bart in l. extat ff. quod met. caus. Andr. Barbat in d. l. iniuriarum §. fin. in Addit. ad Bart. Idem in l. vlt. nu. 3. & 4. de priuat. delict. per l. fin. de furt. Vbi vult pu-
12. niri posse * si in crimen incidat l. hoc iure 195. ff. de reg. iur. Si tamen actor ex remedio vti possidetis ciuiliter agat,
13. & turbator à molestia desistat, tunc minus * necesse est dolum probari, imò nec aliquam turbatoris culpam, & nihilominus locus est interdicto ad compellendum turbatorem vt à molestatione abstineat, ita speciatim tradit Practica Papien. in forma libelli pro turbata possessione verb. &

in eo

in eo nititur ad fin. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. nu. 604. probè refert.

ITem not. quòd ad illam possessionem scilicet ciuilē vel naturalē extendit se turbatio vel spoliatio, ad quam extenditur effectus * turbantis, 14.
qui probatur per ipsius protestationem, vt not. ff. vti possid. l. si duo in glos. 1. vers. vel secundo pono.

ADDITIO. 12. Eiusmodi enim protestatio hunc operatur effectum, si iusta quædam causa eidem fuerit inserta, vt putà, quòd cum titulo cœperit possidere Specul. in tit. de Testament. col. vlt. Felin. in c. cùm M. Ferrarien nu. 61. de constitut. post Bald. Castr: & Salyc. Menoch. de adipiscend. poss. remed. 4. nu. 929. Et sic actus qui sequitur pręsumitur * factus secundum caussam præcedentē l. quæ- 15.
dam mulier ff. de rei vendic. vid. l. 2: C. de acquir. possess.
Nam in illis quæ dependent * à mera voluntate ipsius pro- 16.
testantis, multum operatur protestatio etiam quò ad contrarium actum sequentem, facta quoq; in absentia partis Bald. notabiliter in Rubr. quod met. causs: per bon. glos. in l. qui in aliena §. celsus ff. de acquir. hæredit. vbi Dd. & Ioan. de Imol. maximè quando illa protestatio concurrit cum alijs indicijs ad eundem finem cum ipsa protestatione tendentibus Nic. Euerh. cons. 19. nu. 32. incip. visis actis, &c.

SED ego puto, quòd affectus * animi declare- 17.
tur, postea ex subsecuto effectu rei, l clam. possidere §. si. cum l. seq. de acq. possess. & l. cùm in plures §. locator horrei ff. locati, quod not.

18. ADDITIO. 13. Id quod venit * ex mente & verbis censetur fortius quàm illud, quod ex sola prouenit mente. Signorol. consf. 175. incip. factum col. 5. in fin. vers. 3. Barbat. conf. 76. incip. magnus col. 2. conf. 82. sub fin. lib. 4. Sed
19. tamen magis * realitatem actus quàm verba inspicimus Bald. in c. 1. de postul. prælat. text. est disertus in l. non tantum ff. rem rat. haberi, quò loci disponitur, verbis non tantum haberi posse ratum, sed etiam actu. Ideoq; facta
20. longè sunt * fortiora ad mentis declarationem quàm ver-
21. ba quæ sæpè contra loquentis * intentionem proferuntur l. de quibus vbi Ias. col. 9. in 4. not. ff. de legib. ac alijs authoritatib. infinitis per Neuizan. in Sylua Nuptiali lib. 6. num. 16.

3. §. SECVNDO OPPONITVR.

SVMMARIA.

1. TRACTVS FVTVRI TEMPORIS CVR NON SPEctet ad Iudicem?
2. *Silentium vt turbanti imponatur peti potest.*
3. *Silentium victo imponitur ne possessorem turbet in posterum.*
4. *Formatum ius dicitur quod habet distinctam formam à proprietate.*
5. *Formato pro iure tam confessoria, quàm vti posidetis competit actio.*
6. *Pro seruitute causali datur actio negatoria.*
7. *Signum vnius Notarij alius vsurpare nequit.*
8. *Mercator neq; signum neq; nomen suum potest mutare.*
9. *Doctoris nomen fraude sibi adsumens, punitur.*
10. *Doctores potioribus gaudent prærogatiuis quàm alij, vocantur enim patres iuris, num. 11.*
12. *Doctores indignitate constituti censentur.*
13. *Falsum nobilitatis nomen qui sibi adsumit puniendus est.*
14. *Scholaribus nominis mutatio non est prohibita.*
15. *Signum quis de mandato superioris mutare potest.*
16. *Turbans ex Baldi sententia criminaliter accusari potest.*
17. *Supplicium non cadit in ciuili sed pars parti in rebus familiaribus condemnabitur.*

Contra

18. *Contra turbantem iniuriarum actio vel ex lege Aquilia institui potest.*
19. *Actio iniuriarum est duplex. ciuilis & criminalis.*
20. *Actio vna per alteram ne tollatur cauendum est.*
21. *Actio vna ad vindictam potest intentari. Et altera ad persecutionem rei familiaris, & tunc vna per aliam non tollitur.*
22. *Actio iniuriarum criminaliter potest institui aduersus turbantem iuxta Baldum, si criminis respectu fieret turbatio, nu.* 23.
24. *Iniuriarum actione criminali turbationis occasione in Germania non experimur, nisi quis nomine vis expulsiuæ agere vellet.*
25. *Consequenter quædam veniunt, vltra principalem iudiciorum materiam.*
26. *Possessio principalis per accessoriam pœnalem non recipit mutationem.*
27. *Causam principalem semper conuenit inspexisse.*
28. *Parere non dicitur sententiæ, qui eam perpetuò non obseruat sed magis est, vt fraudem committere iudicetur. Secus tamen si controuersia per transactionem aut alia negocia foret sopita, nu.* 29.
30. *Factum in præteritis taliter debet corrigi, & ne in posterum fiat districtè prohiberi.*
31. *In interdicto quod vi aut clam non modo præsens sed etiam præteritũ spectatur.*
32. *Iudex quod diffinitiuè mandat perpetuò obseruari debet.*
33. *Fur criminaliter punitur, non tamen dimittitur donec res subtractas restituat.*
34. *Delictum non potest aliter purgari nisi prorsus cesset.*
35. *Silentium iudex tacito iure ex mero officio imponere potest.*
36. *Silentium vt imponatur peti non potest si non moueatur controuersia.*
37. *Sententia in possessorio lata, præsupponit silentium perpetuum fuisse quoq; impositum.*
38. *Silentium reo imponitur si actorem poßidere constet.*
39. *Iudex reo conuicto cautionem iniungere potest præstandam.*
40. *Poßidens respectu quodam reus dicitur.*
41. *In actore maior iustitia requiritur.*
42. *Reus nihil aliud facere tenetur, nisi vt per actorem petita neget.*
43. *Exceptio rei opponentis actorem scilicet vi & clam poßidere, non est dilatoria neq; priuilegiata sed peremptoria ideoq; post litem contestatam proponenda.*
44. *Silentium quod de litis natura venit, non est necesse vt petatur specificè, sed iudex supplet.*
45. *Silentium si non fuerit petitum tali casu iudicis imploratur officium.*
46. *Silentium perpetuum actori nihil probanti ex causa turbationis reo illatæ imponi debet etiamsi reus nihil petierit.*

47. *Petitio noua non dicitur si quid petatur declarari.*

48. *Litis contestatio hodie non inducitur per obiectionē peremptoriæ exceptionis.*

49. *In ijs quæ incidenter petuntur, iudex decernendo potest supplere, donec terminus liti imponatur.*

50. *Quæstionis incidentis ea est natura in causa principali, quæ aliàs est ipsius causæ principalis.*

51. *In damni causa si admittatur probatio per iuramentum tunc quoq; admittitur talis probatio super quolibet incidenti ac super dominio.*

52. *Principalis causa sicut summariè tractanda est ita etiam emergentia & incidentia.*

SEcundò opponitur, quòd quæstio procedat propter aliud, nam quæstio præsupponit, vt simul agatur criminaliter ad vindictam pro turbatione præterita. Et super futura turbatione petatur imponi silentium: & sic ciuilis, id est parti applicanda iungitur criminali, quod videtur impossibile, cùm non veniant ex eadem lege. C. quand. ciuil. act. crim. præiud. l. 1. Item
1. quia tractus* futuri temporis non spectat ad iudicem, quia non prius potest aliquid esse in exercitio, quàm sit in rerum natura ff. de vsur. l. 1. §. 1. Item in criminali inseri debet locus & tempus, & accidentia esse non possunt sine subiecto l. item eorum §. item si decuriones ff. quod cuiusq; vniuers. nomine. Item quia latrunculator de iure ciuili adiri non potest l. solemus §. fi. ff. de iudic. item per l. fundi & l. fundū ff. de except. In contrarium videtur: certum est quòd contra

turban-

turbantem * potest peti silentium imponi, vt 2.
not. in l. Aurelius §. centum ff. de liberat. legata
& l. si quisquam ff. de diuers. præscript.

ADDITIO. 14. Si alter litigantium probauit se possidere, tunc victus condemnabitur * eiq; silentium imponetur, ne in posterum turbet possessorem neq; molestia victorem afficiat. ita Bart. in l. 1. §. quod ait nu. 5. vers. si verò reus ff. vti possid. Idem tenet Bald. in l. vnic. nu. 10. vers. pone, egi. C. eod. Hostiens. in c. ex conquæstione de restit. spoliat. vbi Innoc. aliquo modo videtur dissentire per Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nu. 782. Silentium imponi vtrum molestiam timens sibi inferri petere valeat Alberic. à Rosate in suo Dictionario verb. silentium, remittit ad Felin. c. in præsentia col. 2. vers. & ex isto textu de probationib. 3.

SIVE turbet aliquem in possessione vel quasi alicuius rei, siue alterius iuris formati l. si pater tuus 3. C. qui bon. ced. poss l. si contendat ff. de fideiuss. & mandat. l. fin. C. vt lit. pendent. Secus in iure non formato, vt si aliquis meā faciat artem, & signum non concessum mihi à superiore sed à meo vsu vsurpatum: tunc enim non habeo ius vetandi. vt not. Dyn. in d. l. si quisquam de diuers. præscript. facit quod not. in l. 1. ff. solut. matrim. in quæstione de fabro & l. libertus negotiatoris ff. de opor. libert.

ADDITIO. 15. Ius formatum dici * potest quod habet distinctam formam à proprietate vt not. in l. rectè dici- 4.

5. mus ff. de verb. signifi. & pro eo nō modo * competit interdictum vti possidetis. Sed etiam actio confessoria Zas. in §. æquè sub fin. Instit, de action. Secus tamen de iure vel seruitute causali à proprietate scilicet causam trahente diffe-
6. rendum esset: nam in tali * non datur confessoria sed negatoria actio Cœpoll. in tract. de seruitut. Vrban. præd. cap. 3. in princ. Hæc sanè haud minimi effectus sunt censenda, scimus namq; circa determinationem arduæ cuiusdam litis, distinctionem eiusmodi accuratè fuisse ponderatam.

7. SIGnum verò vnius * notarij alius vsurpare non potest, quia est signum authenticum, & tacitè sibi concessum à superiore, & ideo vno signo vti debet, aliàs tenetur falsi: quia solum primò factum videtur sibi concessum.

8. ADDITIO. 16. Quamadmódum mercatur * non potest mutare signum & nomen adsumendo alterius signū, sic etiam de notario statuendum Bald. in procem. C. nu. 3.
9. Idem in eo qui Doctoris nomen * fraude sibi adsumit, punitur. ita Bart. in l. reddatur C. de profess. & med. lib. 10. & in l. eos §. qui se pro milite ff. de falsis Felin. in procem. Gregor. num. 38. Eò id maximè quòd doctores longè potiori-
10. bus * gaudeant priuilegijs & prærogatiuis quàm alij homines Bart. & Bald. in l. medicos C. de profess. & med. lib. 10. Paris. in tract. Syndic. verb. tortura cap. mandauit rex, col. 2. & in vers. Doctor in prin. Nec possunt carcerari d. l. me-
11. dicos. Et appellantur antecessores, * magistri, doctores præceptores, & patres iuris vt not. Cardinal. in clem. 2. in 3. quæst. de magist. Lancellot. Conrad. in solenni suo tract. qui inscribitur templum omnium iudicum lib. 1. cap. 1. §. de ornatu corporis quæst. 2. nu. 26. multis comprobat doctoratui dignitatem inesse Abb. in c. proposuisti in fi.

de pro-

de probat. & aduocatum dici clarissimum. Lancellat. ibid. nu. 27. Euerh. Speckhan (cuius necessitudine valdè familiariter olim spiræ vsus fui) in eleganti sua centuria. Quęst. 100. multa non iniucunda ex Minsingero de munere doctorali adposuit, eò me remitto. Tantum quoq; abest vt. possint torqueri excepto læsæ Maiestatis crimine Bart. in l. 1. C. de aduocat. diuers. Iud. Paris. etiam notat, in d. cap. mandauit rex & in d. vers. Doctor & Raph. Fulgos. cons. 173. Dicuntur enim indignitate constituti * cùm doctora- 12. tus dicatur dignitas c. quando. de Magist. Robert. Marant. plures adducit authoritates cons. 25. nu. 20. 21. 22. 23. & seqq. Sic in eo qui adsumit * falsum Nobilitatis nomen 13. Tiraq. in tract. de nobilitate cap. 13. circa fin. Alex. in addit. ad Bart. d. l. eos §. qui se pro milite ff. de falsis. Menoch. pulchrè de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 318. num. 22. cum seqq. Petr. Rebuff. in tract. priuileg. Scholar. priuileg. 93. in prin. reliquit scriptum, quando quis mutat incidit in falsum l. falsi 1. ff. ad leg. Cornel. de fals. In scholasticis verò nominis * mutatio non est prohibita §. nos verò vers. cuius 14. auditores Bart. ibid. in procem. digestorum.

NISI forte mutaret ex iusta càusa de mandato * superioris, quod est quando faceret signum 15. per omnia conforme signo alterius tabellionis, nam qui primo cœpit habere illud signum, is debet esse in perpetua possessione, quia cùm esset à principio vacans conceditur legitimo occupanti arg. l. 1. C. de sport. & fac. not. per Guil. l. comparationes C. de fid. Instrum. Item certum * est, quod turbans criminaliter accusari 16. possit.

ADDI-

17. ADDITIO 17. In ciuili non cadit suppliciũ * sed pars parti in rebus familiaribus condemnabitur & ex lege Aquilia per text. in l. deniq; in prin. ff. quod vi aut clam. In criminali autem cadit supplicium siue sit in corpere siue aliàs, & in l. seruorum §. fin. ff. de pœn. Bald. in suprà cit. l. momentaneæ sub fin. C. vnde vi Bart. in sæped. l. iniuriarum §. si quis, de iniur. & in d. l. fin. de priuat. delict. pleriq; tamen contrarium adseuerant Alex. in d. l. iniuriarũ. Cùm verò quibusdam interpretibus iniuriarum actio vel ex lege
18. Aquilia contra * turbatorem instituenda non displiceat per Bart. & glo. in l. 1. §. huius autem interdicti ff. vti possid. videtur contra turbatorem etiam criminaliter agi pos-
19. se. Ea namq; est duplex * ciuilis nimirum & criminalis l. quod senatus consultum ff. de iniur. §. in summa. Instit. illo titu.

SI igitur vtrumque licet per se, ergo & simul iunctum licebit arg. l. si ita scriptum ff. de liber. & posth.

20. ADDITIO. 18. Cauendum tamen est ne vna actio per alteram * tollatur iuxta text. in l. 1. C. quand. ciuil. act.
21. crim. præiud. Verùm si ad diuersa tendant, vt potè vna * ad persecutionem rei familiaris & altera ad vindictam, quia tunc vna per alteram non tollitur per text. in l. prætor edidixit §. si dicatur ff. de iniur. Bart. ibid. nu. 1. gl. in l. fin. verb. pœnam ff. de priu. delict. Marant. in suo speculo part. 4. dist. 1. nu. 5. Andr. Gail. obser. 65. & in terminis Bald.
22. docuit, posse agi * actione iniuriarum etiam criminaliter in c. licet causam de probat. Idem Bald. cons. 493. vol. 2. incip. quoniam data licentia & cons. 261. incip. viso dicto.
23. vol. 5. nu. 3. Vbi respondit si turbatio fiat * respectu criminis, tunc turbatorem actione iniuriarũ teneri l. item apud
24. §. qui in certa ff. de iniur. Non tamen existimo, * vt criminali

nali iniuriarum actione hoc casu in Germania agatur, nisi quis propter vim expulsiuam ex constitutione fractæ pacis (quæ sua peculiaria habet requisita) criminaliter agere vellet, de quibus infrà in §. 10. aliqua dicentur.

PRæterea ad officium iudicis maleficiorum pertinet, non solùm maleficia facta punire, sed etiam prohibere ne fiant l. fin. ff. de offic. procurat. cæs. l, illicitas §. ne potentiores ff. de offiic. præsid. l. æquissimum ff. de vsufr. Sed turbare est delinquere, ergo mandari potest victo ne amplius delinquat. Interim hîc venit consequenter arg. l. inter Castellianum ff. de recept. arbitr. Quædam enim consequenter * veniunt etiam 25. præter materiam iudiciorum principalem, vt l. non solùm, de integr. restit.

ADDITIO. 19. Hac ratione * possessio principalis di- 26. ci, & pœnalis censeri posset. Sed principale per accessorium non recipit mutationem l. nuda C. de contrah & commit. stipulat. Ideoq; originalem * causam inspexisse conuenit l. nam origo. ff. quod vi aut clam. l. si filius ff. ad Macedon. 27. Quinimò licet accessoriũ sit maioris valoris quàm principale semper ipsum attenditur principale l. si in emptione & ibi notat Bald. & l. si quis donationis, ff de contrah. empt. §. si tamen alienam Instit. de rer. diuis. Prateus in tract. de reg. Iur. lib. 7. tit. de principali & accessorio cap. 1. vers. Quinimò.

NOn enim videtur parêre * sentenitæ qui per- 28. petuò non obseruat, sed dicitur fraudem com-

mittere. leg. 2. §. fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

ADDITIO. 20. Secus tamen foret, si per appellatio-
29. nem * aut alia negocia, aut per transactionem, aut aliàs controuersia esset sopita §. vlt. Auth. vt Ecclesia Romana coll. 2. §. & hoc quidem Auth. de incest. & nephar. nupt. col. 2. §. consideremus ad fin. Auth. de nupt. coll. 4. l. iubemus in fi. C. ad velleian. vel modo adhuc executio rei controuersæ pendeat l. pen. C. de vsur. c. dispendiosam de Iudic. in c. vnic. in fin. de sequest. poss. in clem. Enimuerò si tale quippiam non interuenerit dicendum est sententiam
30. in futurum perpetuò obseruari, eò quod factum * taliter in præteritis corrigatur, ne in posterum fiat, districtè prohibeatur c. siquidem 10. quæst. 1. Præsertim si causa rationabilis subsit c. Romana de sentent. excommunic. Id quoq;
31. in interdicto * quod vi aut clam obtinet, vt non modò præsens, sed etiam præteritum spectetur tempus l. is qui in puteum §. quod ait Prætor ff. quod vi aut clam. Et sic videtur id
32. quod * Iudex diffinitiuè mandat perpetuò obseruari debere, per text. in d. l. inter Castellianum, ibi, Sententiam dixit præsentibus partibus & terminos posuit ff. de recep. arbitr.

PRæterea etiam criminali per inquisitionem motæ, quod est notandum iuxta Innoc. iungitur ciuilis incidenter l. interdum §. qui furem ff. de furt. & not. in c. cùm oporteat. de accusat.
33. per Innoc. Hinc est quòd * fur criminaliter punitur tamen non dimittitur, donec restituat res subtractas, in Auth. vt Iudic. sine quoquo suffra. §. oportet enim eos collat. 2. & d. §. qui furem & fac.

& fac l. si ab eo ff. de calumniat. & l. quos retra hi C. si aduers. libert. Non obstat l. 1. C. quando ciuil. actio. Quia illud est verum quando simpliciter agitur, secus si incidenter petitur, nec enim delictum * potest aliter purgari nisi prorsus cesset, in c. peccati venia, de reg. Iur. lib. 6. Solutio, etiamsi non petatur expressè, tamen iudex tacito iure * ex mero officio potest imponere silentium iniustè turbanti, arg. eorum quę not. Innoc. d. c. in præsentia, de probat. faciunt not. in c. præsulatus, 1. quæst. 4. & l. 2. ad fin. in gl. ordinaria, ff. de ferijs, cò facit quod not. in l. si seruum C. Quod cum eo, per Iacob. de Are. ergo quæstio vera, gl. tamen extra de caus. possess. & & propr. c. per magna.

34.

35.

ADDITIO. 21. Istud procedit si quis controuersiam mouerit, * vbi verò nullus id fecerit non licet implorare iudicis officium, vt imponatur perpetuum silentium Cagnol. & cæteri in l. diffamari C. de ingen. & manumis. per not. Imolæ in l. si contendat ff. de fideiussor. Felin. in c. si autem ad fin. de re iudic. Sin verò de contradictore pateat, tunc iudex silentium perpetuum apertè imponere debet, & sic declarat quod tacitè inerat. Idq; in casu, quo factum constat esse negatiuum, id est non turbari, rectè procedit, Inde fit quòd sententia * lata in possessorio intelligitur perpetuum silentium imposuisse, Bœrius cons. 49. nu. 6. sequitur Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nu. 837. alioquin taciti & expressi est idem iudicium Brunorus à sole venetus quæst. 36. nu. 28. per alleg. ibid.

36.

37.

HAEc litera dicit. quòd silentium actori malè agenti debeat imponi, non reo malè defendenti: Sed illa glo. debet intelligi, quando actor
38. non possidet, Sed si actor * possideret, vel quasi, benè silentium reo imponitur. l. si prius de oper. nou: nunciat.

ADDITIO. 22. Quòd aliquando actori, item & reo imponatur silentium, adnotauit Albericus à Rosate in suo Dictionario. ver. silentium actori, iuxta c. penult. de caus.
39. poss. & propr. Reus itaq; si fuerit * conuictus Iudex ei cautionē vel satisdationem iniungere potest præstandam. Idq; prouisum habetur in l. cogi & l. harum ff. si seruit. vend. Quomodo autem in hac materiâ sit libellandum & petendum vid. Zas. in d. §. æquè nu. 33. & seq. Inst. de act. Quò circa hæc moueri posset quæstio. Quid si reus lite pendente possidere desierit an sit absoluendus? distinguendū est: aut dolo vel latâ culpa desijt possidere, aut verò leuissima vel casu: si dolo tunc condēnabitur ac si possideret l si culpa ff. de rei vendic. vbi autem culpa leuissima vel casu possidere desierit, absoluendus veniret l. sin autem §. 1. de rei vendic. l. digni §. si quis ff. ad exhibendum.

40. NAm qui possidet * quodam respectu reus dicitur l. non cogendū §. fin. de procur. vbi de hoc. Idem vbicunque reus tenetur ad pacientiam l. quoties §. seruitutum ff. de seruitut.

41. ADDITIO. 23. Clarum * equidem est in actore maiorem iustitiam requiri quàm in Reo Bald. in l. vlt. nu. 8. C. de edict. Di. Adr. tollend. Dd. ad l. in tribus ff. de Iudic.

Imola

Imola Alex. & Iaſon. in l. duo iudices ff. de re iudic. Ioan. Fab. in §. tertia. Inſtit. de interd. Adeò vt ſi reus nihil petat, ſed * petita per actorē neget, tunc aliquid probare non habet neceſſe, ita ſentit Bertrand. conſ. 260. nu. 2. vol. 4. per l. fin. C. de rei vendic. & l. negantes C. de act. & obl. Si tamen reus (vt paſſim conſueuit) excipiendo opponat, quòd actor vi & clam poſſideat. Illa exceptio * non eſt dilatoria neq; priuilegiata. Sed peremptoria. Ideo poſt litem conteſtatā proponenda Bart. in l. fin. §. vlt. nu. 4. ff. vti poſſidet. videtur namq; eſſe dominij exceptio c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6. Weſenbec. in paratit. ff. vti poſſid. in fin. 42. 43.

SILENtium * enim quod venit de natura litis 44.
non eſt neceſſe ſpecificè peti, ſed iudex ſupplet quia ad eum pertinet formare ſententiam ſecundum ius. c. cùm dilectus, de elect. c. in præſentia, de reg. Iur. c. capitulum & c. olim. de reſcript. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. c. vlt. de cognat. ſpir. & c. fin. de offic. archid. c. veniens de accuſat. c. fin. de crim. falſ. & l. Imperator ff. de poſtuland.

ADDITIO. 24. Tali enim * caſu intentatur officium 45.
Iudicis ſi fortè ſilentij impoſitio non ſit petita, Bart. in l. ſi contemnat ff. de fideiuſſorib. & not. in l. Aurelius §. centum ff. de lib. leg. ſequitur Bald. noſter in conſ. 261. incip. viſo dicto puncto vol. 5. coi. 1. verſ. quod ergo remedium. Ad hoc pulchra eſt declaratio Rotæ Romanæ deciſ. 3. de re iudic. in Nou. videlicet quod actori * nihil probanti ex 46.
cauſa turbationis reo illatæ perpetuum ſilentium imponi debeat, etiamſi reus nullam exhibuerit petitionē per vulg.

 doctrin.

doctrin. actore non probante, &c. c. inter dilectos in fin. de fide instrum. l. qui accusare C. de edendo & c. fin. de iure iuran.

ET si iudex nollet imponere silentium, nisi per partem peteretur, potest hæc additio fieri libello, etiam post litem contestatam. Quia potius est * declaratio quàm noua petitio, & sic nõ obstat l. edita. actio C. de edend.
47.

ADDITIO. 25. Sed hodie per obiectionem peremptoriæ * exceptionis non inducitur litis contestatio licèt olim dubitatum fuerit, vt traditur in c. fin. de lit. contest. lib. 6. Præsertim si Iudex ex officio procedat non adeo requiritur litis contestatio Socin. in c. quoniam frequenter vers. 25. fallit, vt lit. non contest. per gl. in rubr. ff. de interrog. action. & castrens. cons. 3. incip. in causa quæ vertitur col. 2. lib. 2.
48.

NAm licèt sit verum quod libello, non possit addi vel detrahi in tribus substantialibus partibus libelli facti scilicet narratione obligationis, vel iuris suppositione & conclusione post litem contestatam, tamen secus est in his quæ incidenter petuntvr * in quibus pars potest petendo, & Iudex decernendo supplere, donec sit impositus terminus liti, facit quod not. Innoc. in c. sæpè, de Appellat.
49.

50. ADDITIO. 26. Eadem consueuit esse natura * quæstionis incidentis in causa principali, quæ aliàs est ipsius causæ principalis Bart. in l. solet ff. de alim. & cibar. legat.

Ias. in

Ias. in l. 2. C. de edict. Di. Adr. toll. Socin. sen. conf. 390. vol. 2. incip. in causa interpellationis col. 4. nu. 6. vbi respondit. Quòd cùm in causa * damni probatio per iura- 51.
mentum admittatur: tunc quoq; talem probationem super quolibet incidenti etiam dominio admitti per text. in l. cùm hi in prin. ff. de transact. Decius in c. pastoralis nu. 4. in fin. de appelat. scriptum reliquit. Sicut causa princi- 52.
palis summariè * tractanda est ita etiam emergentia & incidentia tractanda esse, sequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. nu. 9. quæst. 45.

4. §. TERTIO OPPONITVR, QVOD, &c.

SVMMARIA.

1. POSSESSIONEM RETRO HABITAM CONTINVANS *non acquirit eam de nouo.*
2. *Continuatio possessionis cum aliquo temperamento accipitur.*
3. *Actus continuus vt naturæ momentum interueniat nihil probibet.*
4. *Possessionem nouam occupans in dolo esse præsumitur, eamq; restituere tenetur, nu. 5.*
6. *Procuratoris constitutio, in retinendæ interdicto valet.*
7. *Possessio ciuilis nihil aliud est quàm imaginaria siue naturalis interpretatiua.*
8. *Ciuilis possessio in iure & animo consistit.*
9. *Possessio naturalis eadem est, quæ corporalis.*
10. *Possessio naturalis facilius perditur quàm ciuilis.*
11. *Possessionem alterius naturalem occupans non præscribit contra eum qui adhuc animo possidet.*
12. *Animo retinetur ciuilis possessio, sine qua præscriptio non procedit.*
13. *Possessio naturalis trahit ciuilē ad se vbi ciuilis vocauerit, vel aliàs sit admissa.*
14. *Possidendi facultas sicut in voluntate ita facto adest.*
15. *Possessio habitualis & actualis quæ dicatur.*
16. *Possessio actualis non dicitur esse apud successorem nisi fuerit apprehensa, quia solo animo sine corporeæ apprehensionis actu non acquiritur, nu. 17.*
18. *Feudum post decessum patris à tertio si occupatum fuerit, tunc filius tanquàm habitualis possessor, aduersus occupatorē interdicto recuperandæ experiri nō posset.*

Intellectus

19. *Intellectus glosæ in c. 1. §. fin. de feud. cog.*

20. *Possessio non acquiritur nisi animo & corpore.*

21. *Baldi opinio declaratur in l. cum antiquioribus C. de Iure deliber.*

22. *Per inuestituram abusiuam non transfertur possessio, sed datur solùm licentia apprehendendi, si non inueniat resistentiam.*

23. *Continuatio in retentione ciuilis possessionis semper præsumitur.*

24. *Possessio nisi fuerit titulata, præsumitur precaria.*

25. *Possessio ciuilis dicitur ius insistendi rei non prohibitæ possideri, causatq; præscriptionem & vsucapionem.*

26. *Possessio naturalis dicitur concreta, & ciuilis abstracta.*

27. *Possessionem ciuilem amittit, si quis spacio 20. annorum naturaliter non possederit,*

28. *Possessio naturalis iusta non amittitur per ingressum habentis ciuilem.*

29. *Possessionis concretæ & abstractæ intellectus.*

30. *Crimine probato, sequetur condemnatio quæcunq; dilatoria exceptione minus obstante.*

31. *Appellari potest à sententia Iudicis, vbi qualitas criminis mortis pœnam non imponit.*

32. *Exceptio declinatoria non curatur vbi de bona fide agitur.*

33. *Terminus deliberandi si reo præfigatur, tunc omnes suas dilatorias exceptiones proponere debet.*

34. *Exceptiones dilatoriæ citius admittuntur & probantur quàm peremptoriæ.*

35. *Exceptiones dilatorias ij non opponunt, qui ad necessariã defensionẽ veniunt.*

36. *De apicibus iuris non est disputandum, vbi de publica agitur vtilitate.*

37. *Iudex in pronunciando veritati & æquitati adhærere debet, omnibus reiectis subtilitatibus.*

38. *Publica vtilitas versatur in delictis puniendis.*

39. *Delinquendi occasio à quolibet auferenda.*

40. *Hominum natura ad delinquendum prorumpit.*

41. *Criminis qualitas si dubia appareat, pœna magis minui quàm exaggerari debebit.*

42. *Ad processus iudiciarij validitatem quæ requirantur.*

43. *Iudicium benè ordinatum consistit tribus personis.*

44. *Iudicium sine actore quandoque constituitur, vt potè si magistratus ex officio inquirat.*

45. *Libellus, probationes, aliæq; solemnitates vsitatæ obseruabuntur.*

46. *Sententia dicitur consentanea, quæ libello conformis est, & ex actis declaratur.*

Sententiæ

47. *Sententiæ verba non sunt interpretanda, vt de vento seruiant.*
48. *Lite pendente qui deliquit, non dicitur propter litis pendentiam à crimine immunis.*
49. *Litis contestatio aggrauat conditionem delinquentis, propter iudicis contemptum.*
50. *Litem contestantis conditio, plerumq; etiam melior fieri dicitur.*
51. *Voluntariæ iurisdictionis quæ sunt, non requirunt libellum neq; litis contestationem, etiamsi causæ desiderent cognitionem.*
52. *Continentiæ causæ exceptio est dilatoria quia differt non autem perimit.*
53. *Exceptiones continentiæ mutationis aut diuisionis iudicij litis ingressum impediunt.*
54. *Finis quando habet necessariam consequentiam ad principium, tunc actus non fini, sed principio adscribitur.*
55. *Principium legitimè factum attenditur.*
56. *Ordinis præposteratio, vitiat actum si appareat ordinem pro forma datũ esse.*
57. *Ordinem nescire perfectæ non est cognitionis ex Di. Ambrosio.*
58. *Ordo cuiuscunq; rei substantia est.*
59. *Ordo super disputatione perplexæ quæstionis iuridicæ non vtiq; requiritur.*
60. *Exceptio dilatoria post lit. contest. non opponitur.*
61. *Exceptio dilatoria habens causam successiuam post lit. contest. opponi potest.*
62. *Ordo formalis incipit à litis contest. non autem à præludijs iudiciorum.*
63. *Ordinis substantialis omißio ante lit. contest. processum non inualidat.*
64. *Exceptiones dilatoriæ regulariter ante lit. contestatam opponi debent.*
65. *Citationis vitium reddit processum nullum.*
66. *Iudicis in arbitrio non est, si quid à Iure specialiter sit difinitum.*
67. *Litis contestatio firmat processum, contra omnes Iudicij dilatorias.*
68. *Per litis contest. quis instantiæ obligatur, vt amplius pœnitere nequeat.*
69. *In litis contestationis actu quasi contractus celebratur.*
70. *Declinatoriam superuenientem, post litem contest. iudex admittere potest.*
71. *Vbi est confeßio ibi non curatur ordo.*
72. *Crimen si per confeßionem efficiatur notorium, tunc accusator non est necessarius idq; de vera confeßione accipiendum, nu. 73.*
74. *Confeßio criminis purgat omne vitium processus.*
75. *Ordo in confessum non requiritur.*
76. *Confeßio extra iudicialis sufficit contra confitentem.*
77. *Crimina vndecunq; apparuerint sunt punienda.*
78. *Confessus sua damnatur sententia, etiamsi confeßio super in ordinato manauerit processu.*

79. *In confessum nullæ iudicis partes quàm condemnatio.*
80. *Probationibus statur si partes se ad earum veritatem adstrinxerint.*
81. *Probatio debet necessariò concludere.*
82. *Probatio concludens dicitur quæ fit testibus & instrumentis non autem per iuramentum,*
83. *Probatio duplici sumitur modo.*
84. *Probatio quæ dicatur plena.*
85. *Probatio plena in ordinario requiritur iudicio non autem in mero possessorio.*
86. *Probatio plena fit etiam ex diuersis semiplenis probationibus diuersi generis.*
87. *Testis vnus cum fama & iuris præsumptione inducit plenam probationem.*
88. *Probatio leuis dicitur quæ fit per solum vnũ testem vel famam vel iuramentũ.*
89. *Probatio leuis non sufficit in summario possessorio, sed benè in summarissimo.*
90. *Probationum sola veritas in fine litis attendenda.*
91. *Ad probationem causæ in recenti possessione non sufficit sola reputatio, ad indagationem veritatis.*
92. *Ad veritatis enucleationem efficacissima requiritur probatio, quæ ipso demonstratur effectu & euidentia facti, nu. 93.*
94. *Probationes semiplenæ in criminalibus non coniunguntur, sed luce meridiana clariores requiruntur. nu. 95.*
96. *Probationes quæ contra iuris & de iure præsumptiones adducuntur inciuilibus luce meridiana clariores esse debent.*
97. *Probationes quæ nam iuri consonæ sint admittendæ, iudex prudenter considerabit.*

TErtio opponitur quod quæstio nõ procedat Nam mandatum ad intrandã & continuandã possessionẽ non videbitur valere, quia vim patiens ad repellendã vim vi, non potest procuratorem constituere. vt not. in l. cùm fundum ff. de vi & vi armata, secundum opinionem Io: Item intrare de nouo & continuare videtur implicare contradictionem. Nam qui intendit conti-
1. nuare * possessionem quasi retro habitam vel tradi-

traditam, non acquirit eam de nouo, vt not. in l. 3. in prin. ff. de acquir. possess. & facit quod not. in l. is qui vsum fructum ff. quemad. vsuf. amitt. & l. 1. §. item quæsitum in fi. ff. de aqua quotid. & æstiua.

Additio. 27. Continuatio possessionis cum aliquo temporis * interuallo debet accipi pulcher text. in l. Paulus respondit §. fin. & ibi not. ff. de liber. caus. Etenim si 2.
de continuo loquamur actu, * nihil prohibet etiamsi aliquod naturæ interueniat momentum l. continuus in pr. 3.
de verb. oblig. Sin verò quis * nouam occuparet possessionem, quam aliàs non habuit, dolus in eo præsumeretur esse l. cùm quærebatur C. vnd. vi à primordio enim possessionis posterior formatur euentus l. clam possidere in prin. ff. 4.
de acq. possession. Ideò si quis * nouam inuaserit possessionem tenetur eam restituere l. qui vniuersas §. item cùm prætor, de acquir. poss. l. inuasor C. vnde vi c. sæpe de restit. spoliat. l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi. 5.

Sed his nō obstantib⁹ dico quòd quęstio quęrit de possibili non de falso. Nam talis constitutio * præcuratoris valet l. 1. §. per procuratorem 6.
ff de acq. poss. & l. fin. C. eod. Cùm etiam in rem suam in retinendæ interdicto procurator constitui possit l 2. §. idem Nerua ff. ne quid in loc. pub. l. 1. §. 1. in fin. ff. de superfic. licèt non possit vim inferre l. non est singulis ff. de reg. iur. & repulso procuratore iuris intellectu domi-

nus videtur repulsus l. ossa in fi. ff. de religios l. 1. C. si per vim vel alio modo. Item ingredi possessionem corporaliter non excludit ciuilis pos-
7. sessionis continuationem, nihil aliud enim * esse videtur ciuilis possessio, nisi imaginaria siue interpretatiua naturalis, quia animus repræsentat corpus l. nihil. de capti.

ADDITIO. 28. Ciuilis possessio * in iure & animo con-
8. sistit, retinetur etiam absq; corporali detentione, gl. Bart. Bal. Salic. & Iason. in l. 1. C. deser. fugit. estq; apta ad producendos ciuiles effectus, vt est vsucapio Bart. in d. l. clam possidere §. qui ad nundinas nu. 7. & seq. Iason. ibid. nu. 21. & 22. ff. de acq. poss. Sed naturalis possessio * eadem
9. est quæ corporalis in facto tantum possidendi consistens Ias. in l. 3. §. ex contrario ff. de acq. possess. Hæc tamen plerunq; * perditur quoties alius occupat. d. l. clam possidere
10. §. 1. Secus tamen de ciuili iudicandum, * quæ tam facilè
11. non perditur, vt ibid. Quia naturalem alterius * occupans
12. non præscribit contra eum, qui adhuc omnino possidet Dd. in d. l. 1. vbi gl. in verb. præscriptionem Bart. & Iason C. de ser. fugit. Animo namq; retinetur ciuilis possessio sine qua præscriptio non procedit vulg. c. sine possessione de reg. Iur. in 6. l. acquiritur §. vlt. de acq. rer. domin. Nec officit quòd alibi scribitur naturalem * trahere ad se
13. ciuilem, hoc enim procedit quando ciuilis vacans est vel aliàs amissa, non autem vbi penes alium adhuc resideat Iason. in d. §. qui ad nundinas num. 71. & seq. de acq. possess. Restat affirmare, quòd possessio quærenda consistat in facto, sed apprehensa & quæsita est iuris vt not. in c. cùm in nostris de concess. præbend. fac. in simili quod not. Ioan. Monach. in c. 1. de constitut. lib. 6. Rota Roman. Decis. 5. vt lit. pend. in Nouis, admodum eruditè

Coua-

Couarru. in reg. Possessor malæ fidei, 2. par. relect. §. 1. nu. 6. ait, quòd possessioni acquisitæ vis non resistat, vnde tacitam habet iuris approbationem, & iuris ministerio per absentem retinetur l. 3. §. Nerua filius & d. l. clam possidere §. qui ad nundinas, de acq. poss. & quandoq. possessio habet plurimum iuris, parum autem facti, quia principaliter in ea operatur iuris dispositio, vt est ea quæ alteri per seruum acquiritur, absq; actu possidentis, & dicitur plurimum iuris habere quia nobis etiam ignorantibus acquiritur l. labeo ff. de vsucap. sed hac de re infrà suo loco fusius habebimus.

VNDE in absentia quis possidet verè naturaliter interpretàtiuè, sed in præsentia possidet verè naturaliter, & corporeo actu qui non est semper continuus vt l. seruitutes ff. de seruitut. Istam autem interpretatiuam iura vocant ciuilem, quia hæc interpretatio ést introducta iuris ingenio & accedit magis iuri ciuili quàm naturalis: Tamen naturalis dici quodammodo potest. ciuili possessioni naturalis* facultas operatur, quia sicut in voluntate ita facto adest facultas possidendi, & commoda rei correspondentia qualitati possessionis percipiendæ. 14.

ADDITIO. 29. Hic oportunò ista quæstio de habituali * & actuali possessione tangenda nobis occurrit, videlicet an feudi possessio quæ cum defuncto desijt (& sic amplius in rerum natura non extat) sine legitima apprehensione in successorem continuari posit? Certè quò ad effectum actualem * possessio non est apud successorem nisi 15. 16.

fuerit apprehensa l. cùm hęredes ff. de adq. poss. Iason l. in suis glosam declarando ibid. ff. de liber. & posth. licèt enim possessio acquisita sit expressi iuris, per ea quę ex Di. Couar. in praecedenti Additione sub. finem relata sunt Ipsa tamen possessio in acquirendo est facti Rota Roman. decis. 81. de
17. rescrip. in antiq. Ideoq; non acquiritur * solo animo, sed actu corporeae apprehensionis l. possideri §. in admittendae ff. de acq. possess. Minsing. obser. 61. nu. 3. cent. 4. Hinc
18. si post decessum patris * feudum à tertio occuparetur, tunc filius non foret in ea censendus conditione, vt tanquam habitualis possessor interdicto recuperandae possessionis experiri queat, ita me in controuersia illustri feudali quandoq; consultum respondisse memini, iuxta sequentes authoritates, nmirum Bald. in Auth. defuncto vers. tertia quaestio C. ad Tertyllian. quò loci scriptum reliquit, possessionem vigore statuti in filium continuatam (quae siquidem ficta est) non operari possessionis recuperandae
19. interdictum, sed tantum adquirendę. Nec officit * gl. in c. 1. §. fin. de feud. cognit. quia de continuatione dominij intelligitur non autem de possessione. Nam etsi mediante
20. animo ciuilis retineatur possessio: * Astamen non adquiritur nisi animo & corpore Iacob. Puteus decis. 216. nu. 2. Incip. in causa Romana lib. 3. pulchrè Afflict. in c. vnic. §. sciendum not. 12. de feud. cognit. ibi notabiliter docet, per mortem defuncti, finitum esse animum & possessioné extinctã Ioan. Borch. praeclaris authoritatibus hanc doctrinam in tit. de adquir. poss. cap. 8. nu. 27. euincit. Proinde
21. nec * refragatur doctrina Baldi in l. cum antiquioribus C. de iure deliber. vbi de dominio tantũ loquitur Zasius cons. 10. vol. 1. Idem in Epitom. feudal. part. 6. hanc materiam discutit, & nu. 44. se ita consuluisse & obtinuisse testatur, pulchrè quoq; Gail, obser. 152. nu. 13. cum seqq. lib. 2. quò loci nu. 14. ex Baldo recitat quòd nec per abusinam inue-
22. stituram possessio * transferatur, sed fingitur ei dari licentia propria authoritate apprehendendi ipsam possessioné

c. ex parte extra de consuetud. quia abusiua inuestitura est in titulo concessionis, per quem non transfertur dominium neq; possessio rei feudalis l. si ager ff. de rei vend. & l. fin. C. de sacros. Eccles. Sed vt iam dictum est, licentia inuestito propria authoritate apprehendendi possessionem feudi concessa intelligitur, ita iuridicè differit Iacobin. de sanct. Georgio, tract. feud. ver. Inuestiui talem nu. 3. per alleg. ibid, Hoc ita accipiendum si non inueniat resistentiam inuestitus per not. in l. creditores C. de pignorib. Iacob. Puteus decis. 63. nu. 6. lib. 2. Incip. in vna Placentina. Hartman. Pistor. 2. quæst. 25. nu. 27. tali casu beneficiorũ verba latissimam recipiunt interpretationem per text. in c. cùm dilecti in fin. extra de donat maximè si res feudalis (vti supponitur) vacua inueniatur.

RESpectu igitur corporalis accessus ad prædium dicitur ingressio, sed respectu * ciuilis dici- 23.
citur retentio, in qua semper præsumitur continuatio, vt not. C. de ser. fugit. l. 1. per Dyn. in c. sine possess. prope finem. de reg. Iur. in 6.

ADDITIO. 30. Exinde idem Bald. dixit in l. 2. quæst. 9. de seruitut. quod * possessio nisi fuerit titulata non possit 24.
continuari cùm præsumatur precaria, ciuilis * enim dici- 25.
tur vis insistendi rei non prohibitæ possideri, aptum producere ciuiles effectus respectu veri dominij, causatq; præscriptionem & vsucapionem l. possessio §. per seruum qui in fuga ff. de adq. possess. & l. qui fundum in princ. ff. pro emptore Ripa in l. possessio nu. 29. ff. de adquir. posses.

VNDE naturalis * possessio est concreta, ci- 26.
uilis est abstracta, & differunt sicut apud dialecticos

cticos album & albedo, vel ſicut videre in præſentia obiecti oculo corporali, & videre abſens obiectum oculo mentali, ſicut nunc exiſtens Paduæ, concerno peruſium, ſed vlterior ſermo de iſto non cadit hic:

27. ADDITIO. 31. Si quis habeat * ciuilem, & per ſpacium viginti annorum, poſſeſsionem naturalem recipere non curauerit, in ea dicitur eſſe cauſa, vt ipſum & ciuilem amiſiſſe intelligatur per Bart. & alios in l. ſi de eo §. de forte ff. de acquir. poſſ. Vnde * naturalis iuſta poſſeſsio non
28. admittitur per ingreſſum habentis ciuilem. Ita Iacob. Puteus deciſ. 509. ſub fin. lib. 2. declarat Iaſonem in d. l. clam poſsidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. poſſeſ. & iſta ad
29. maiorem euidentiam * poſſeſsionis ciuilis abſtractæ & naturalis concretæ aliquid ſaltem conducere ſentinus.

ET ideò ad quæſtiones principaliter propoſitas, ex quo manus lauimus deſcendamus, & arguitur ad primam partem, ſcilicet, quòd debeat fieri condemnatio, & primò ſic. Vbi crimen in-
30. tentatum * eſt probatum, ibi debet condemnatio ſequi, quacunq; dilatoria exceptione oppoſita non obſtante, vt l. quamuis indubitati C. de adult. & l. 1. in prin. ff. quod vi aut clam. Sed hîc crimen intentatum eſt probatum, vt thema præſupponit, ergo condemnatoria ſententia ſequi debet.

ADDITIO. 32. Vbi autem qualitas criminis *mortis 31.
pœnam non suaderet imponendam tunc posset à iudicis
sententia appellari etiamsi pœna per legem aut statutum
arbitrio iudicis commissa foret per text. c. super his gl ibid.
in verb. arbitrium & verb. adstringendo de accusat. & Bart.
in l. si qua pœna ff. de verb. signif.

SEcundò sic, sicut vbi de bona fide * agitur, ex- 32.
ceptio declinatoria non curatur l. si fideiussor §.
quædam ff. de mand. & l. at qui natura §. cùm
me absente ff. de neg. gestis.

ADDITIO. 33. Si tamen reo terminus * deliberandi 33.
præfigatur, tunc omnes suas exceptiones dilatorias propo-
nere debet nec alium terminum deinceps petere potest ita
Decius in c. pastoralis nu. 20. de except. vbi hanc velut
communem contra Abbatem infert. Præterea sciendum 34.
quod dilatoriæ exceptiones * citius admittantur & proben-
tur quàm peremptoriȩ c. cùm dilectus, de ord. cognit. & c.
1. de lit. contest. in 6. Nec omittendū eos, qui ad necessariā
veniunt defensionem non posse dilatorias * huiusmodi 35.
exceptiones ex eorum persona opponere Bald. in Auth.
nunc rogatus nu. 6. C. de litigios Angel. in si suspecta ff. de
in offic. testam. Socin in c. quoniam frequenter §. quid si
super 10. principali art. quæst. 4. vt lit. non contest. Fallit
tamen in exceptione loci non tuti, quæ etiamsi dilatoria
non sit, tamen quandocunq; opponi potest, etiam post lit.
contestationem, habet namq; successiuū grauamen Felin.
in c. accedens el. 2. vt lit. non contest. per ibid. alleg.

SIC vbi de publica * vtilitate agitur, non est de 36.
iuris apicibus disputandum l. ita vulneratus ff.
ad leg. Aquil.

ADDITIO. 34. Quilibet iudex in pronunciando ve-
37. ritati * simul ac æquitati adhærere debebit l. quod si Ephesi ff. de eo quod cert. loco. & l. placuit C. de Iudic. & l. 1. cum ibi notat. C. de legib. omnibus iuris subtilitatibus & apicibus reiectis l. si fideiussor §. quædam gl. ibid. ff. mand. & l. sicut §. si debitor ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.

38. SEd publica vtilitas * vertitur in delictis puniendis l. 1. in prin. ff. de iustit. & Iur. l. licitatio §. quòd illicitè ff. de public. & vectig. ergo non debemus omnem subtilitatem attendere, sed punire.

39. ADDITIO. 35. Quippe si procedi non posset * contra delinquentem, isto casu daretur occasio etiam homini bono delinquendi, quæ est à quolibet auferenda l. 2. in fi. C. de indict. viduit. & l. si ingratus circa fin. ff. de Iudic.
40. Cùm aliàs hominum * natura ad crimen prorumpat §. si verò Auth. de Monach. At subtilitas, qua de Baldus noster differit, cùm hoc temperamento capienda est, si de commisso crimine pateat, non autem in re dubia, hoc est cùm
41. in certa fuerit criminis qualitas * vt pœnæ magis minuantur, quàm exaggerentur, cùm potius clementiæ, quàm seueritati nos iudicantes studere oporteat l. respiciendum ff. de pœn. ita sanctè tradit Dyn. in c. odia vers. sed dicendum est fauorem publicum desiderari, de reg. Iur. in 6.

TERtiò sic, processus ipse non est ipso iure
42. nullus, * cùm ea quæ iudicium subeant adsunt scilicet personarū trinitas libelli aptitudo, processus ordinatus & probatio efficax.

ADDI-

ADDITIO. 36. Iudicium benè * ordinatum consistit 43.
tribus personis, Iudice videlicet actore & reo per Bald. in
Rub. ff. de Iudic. & Alex. in Rubr. ff. illo tit. & Abb. in rubr.
extra eod. Quæ descriptio iudicij non caret pugna in eo
quòd iudicium * sine actore quandoq; esse soleat, nempe 44.
si magistratus ex officio inquirat c. qualiter & quando el.
2. de accusat. Marant. de ordin. iudic. part. 2. princip. nu.
1. & seq. Vt vt ista se habeant iudicio (inquam) rectè constituto requiritur primùm vt citatio interueniat, l. 1. §. item cum edicto ff. quæ sentent. sine appel. rescind. vbi deciditur, quòd non peruenit in notitiam absentis, id nullius est momenti & l. ad peremptorium ff. de iudic. Deinde libellus, probationes ac aliæ * vsitatæ solemnitates obseruabun- 45.
tur de quib. in c. 1. de libel. oblat. & l. edita C. de edendo & c. quoniam contra falsam de probat.

ERgo sententia consentanea sequi debet l. deniq; §. 1. ff. de minorib. 25. annis.

ADDITIO. 37. Sententia * dicitur consentanea quę 46.
libello conformis est l. habebat ff. de instit. act. Rota Genuensis decis. 109. nu. 1. incipit, Raynaldus de Zerbis. Et ex actis declarationem recipit gl. in l. si quod ad exhibendum ff. de execut. rei iudic. Bart. in l. Iulianus verum debitorem
ff. de condict. indebiti. Nec * verba sententiæ debent in- 47.
terpretari, vt de vento seruiant, sed ad petitionis formam adaptabuntur, vt not. Azo. in summa C. de author. tut: ea quoq; ad rem conferunt, quæ tradit Bald. in l. fin. C. de suspect. tutorib.

QVia totum hoc dicitur vnum & idem structum, & suppositis principijs validis de necessitate principiata sequuntur l. qui cùm maior ff.

48. de his quæ lib. Quartò sic, deliquit lite * penden-
te, non est propter litis pendentiam immunis à
crimine aliàs daretur licentia pendente iudicio
delinquendi & subijciendi aduersarium eiusdẽ
iudicis iurisdictioni, dum se vendicat, quod
est absurdum l. 2. §. sed si agant, 2. & 3. responso
ff. de iudic. Et quia non solet litis contestatio
nocere agentibus l. non solet ff. de reg. iur. Et
ideò litis contestatio reum innouantẽ lite pen-
dente non tuetur, nec reddit immunem. Sed
49. magis * aggrauat conditionẽ delinquentis, cùm
delinquat in contemptum iudicis & partis l.
Chyrographis §. vlt. ff. de administrat. tut. si hoc
est: ergo condemnandus est.

50. Additio. 38. Eorum, qui litem contestati sunt * con-
ditio non solet deterior fieri sed plerumq; melior l. non so-
let ff. de reg. Iuris Angel. latè in repetit. l. nemo carcerem
post med. vers. etiam quæro quòd si lite pendente C. de ex
act. trib. lib. 10. Alex. latè cons. 106. incip. magnificè præ-
tor col. fin. in prin. vol. 2. quem sequitur Ias. in l. si ab ar-
bitro col. pen. in prin. qui satisd. cog. & est notab. limita-
tio ad tit. vt lit. pend. nihil in nouetur Catell. Cotta in suis
memorabilib. vers. lite pendente, sub fin. Signandum est,
51. ea * quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt est adoptio,
emancipatio, & vnio prolium non desiderare libellum ne-
que litis contestationem l. 2. ff. de offic. procons. & leg.
etiamsi causæ cognitionem desiderent, per ea quæ doctissi-
mus ac summus fautor meus licentiatus Iacobus Rikius in
elegan-

elegant. suo tractatu de vnione prolium cap. 6. nu. 27. erudite perstrinxit atq; censuit.

QVintò sic, innouans lite pendente spernit iudicem primò aditum: Ergo si quæritur coram alio via ordinaria nō debet dedignari, cùm ipse causam dederit l. 1. in fin. vers. præterquam, de assert. toll. qui text. est notab. nec possit implorare quem spreuerit l. item si vnus §. si multò post & l. litigantes ff. de recep. arbitr. Non enim quis debet ad remedium confugere quod quis contemsit l. si filius ff. de minorib. c. solum de appellat. Sextò sic, si qua exceptio obstet, est dilatoria, scilicet vel illa ne diuidatur causę connexitas * vel dependentia quæ continentia vo- 52.
catur, quia continetur & consecutiuè sequitur, & hoc est respectu diuersorum iudicum, & est dilatoria: quia omnes exceptiones declinatoriæ differunt & non perimunt l. 2. in fin. ff. de except. & consistit in ordine iudicij ad se ipsum, vel duarum partium adinuicem, vt l. qui de crimine C. de accusat.

ADDITIO. 39. Huc non imbelle conducit, quòd exceptiones diuisionis vel mutationis iudicij aut continentiæ causarum ad similitudinem aliarum * exceptionum de- 53.
clinatoriarum ante litis contestationem opponi debeant, oppositæq; litis impediant ingressum text. in c. inter mo-

nasterium de re iud. Gail. Obser. 32. in fin. lib. 1. Sed tamen exceptio declinatoria, quæ de iure & facto est notoria, postquàm in causa est conclusum etiam opponi potest. Idem quoq; de exceptione dilatoria censendum est Ant. de Butr. in c. dudum el. 1. col. 2. vers. 4. de elect. Lapus in c. Iudex. de offic. de leg. lib. 6. Felin. in c. insinuante nu. 10. vers. secundus in exceptione, de offic. iud. de leg.

VEL cùm ex fine vnius origo alterius nascatur l. si de proprietate C. si à non compet. iudice. quia vna causa inseruit alij, vt l. ordinarij, vel est dilatoria litis pendentis à qua pendet l. fundi & l. fundum ff. de except. c. 2. de in integr. restit.

54. ADDITIO. 40. Quando finis habet * necessariam consequentiam ad principium actus adscribitur facienti principium non finem bon. text. in l. 3. §. socio ff. de minorib. 25. annis. per quem text. notat. Angel. in casu l. si possessor §. redactæ ff. de petit. hæred. probatur etiam in l. damni infecti §. Sabini ff. de dam. infect. Bald. in c. 2. nu. 6.
55. de constit. scribit * principium legitimè factum attendi. Præterea quoq; finis intentionis considerari debet, quia omnis agens propter finem agit. Idem Bald. in l. eam quam C. de fidei commiss. & in l. si pater C. de hæred. instit. Bart. in l. properandum §. 1. C. de Iudic. & l. si is qui animo ff. de adquir. possess.

QVia hæc est exceptio prępossterationis, id est prępostere agis nunc expectare enim paulisper debes donec alia lis finem accipiat, l. dicimus ff. de excusat. tut. l. vt debitum C. de hæred. ac. l. si

manci-

mancipium §. 1. ff. de euiction. Vbi de hoc, quę exceptiones non infringunt probata, sed probandis obstant, quia sunt exceptiones ordinis, ad hoc c. 1. de restitut spoliat.

ADDITIO. 41. Præposteratio ordinis vitiat * actum 56.
si constet ordinem pro forma datum esse l. prolatam Dd. ibid. C. de sent. & interl. om. iud. & c. fin. vbi gl. & Franc. de appel. & c. venerabili de offic. iud. de leg. c. Pisanis de restit. spoliat. Quin & ordo multum considerari assolet l quoties ff. de vsufr. Corn. cons. 136. incip. viso puncto in 2. col. vers. nec præposteratio vol. 3. Nec perfectæ cognitionis est iuxta D. Ambrosium * scire quid facias, & nescire 57.
quo ordine Bald. sequitur in procem. ff. quò loci ordoentium modus appellatur per Curt. cons. 59. incip. Dux Philippus col. 3. Videlicet ordinem * cuiuscunq; rei sub- 58.
stantiam esse & nihil constat sine ordinis compositione, ita Ias. reassumens Baldum in præfat. ad tit. C. de iure emphyteotico. Quò circa aduertendum * si incidat exceptio su- 59.
per disputatione dubiæ & perplexæ quæstionis in iure consistentis, tali casu ordinem iudiciarium non requiri per rationem quam adducit Felin. in c. exceptionem nu. 40. de except. Marian. Socin. sen. in c. 1. nu. 51. cum seq. de lit. contest. quem ad hoc refert & sequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 53. nu. 5. & seq. plura habentur apud Cottam in suis Memorabil. vers. ordo multum solet.

ET ideo post litem contest. non opponuntur l. si post, de except. secundum lectur Ioan.

ADDITIO. 42. Talis exceptio * dilatoria nedum post 60.
lit. contest. sed etiam post conclusum in causa, minime admitti debet per gl. in c. 1. vers. abundantia, de elect. in 6. Vbi Innoc. & in c. quoniam contra de probat. Canonist.

in

in c. pastoralis de except. & in l. licèt C. de procurat. Quòd
61. tamen fallit * si huiusmodi exceptio causam habeat successiuam, tunc poterit quandocunq; etiam post lit. contest. opponi, ita omnes not. in c. venerabilis de except. latè Felin. in c. exceptionem col. 7. extra eod. & in c. accedens el. 2. vt lit. non contest. cuius rei habentur exempla per. Decian. cons. 60. num. 4. & 5. vol. 1. incip. Quò ad primum sentio.

SEPtimò sic, ea quæ debent ex animari in preparatorijs non decisorijs, in præparatorijs obstant: quia ordo peruersus non vitiat proces-
62. sum, nam formalis * ordo incipit à contestatione non à præludijs iudiciorum, vt ait Specul. & ponit Bart. de test.

63. ADDITIO. 43. Etenim substantialis ordinis * omissio processum minimè reddit nullum, si ante lit. contest. talis omissio fiat, vt notant omnes scribentes in d. l. prolatam C. de sent. & interl. Bart. in l. si quæramus nu. 3. & ibi Raphael Cuman. ff. de Testam. Bald. in d. l. exceptionem col. 2. nu. 8. vers. Idem dicit quod ante litem contest. nullus ordo. C. de probat. & in l. d. prolatam nu. 7. vers. quæro
64. ergo. Cuius ratio est * quia exceptiones dilatoriæ ante lit. contest. regulariter proponi debent c. pastoralis de except. & l. pen. C. eod. ita quoq; voluit Bart. in l. 3. ff. de except. & Angel. in l. decem de verb. oblig. Petr. & Cynus in d. l. exceptionem in 7. quæst. C. de probat. quicquid dixerit gl. in l. 3. ff. de except. circa fin. quæ communiter reprobatur, Euerhard. in loco ab ordine nu. 5. vers. & ratio est, quò loci per totum pulchrè istam examinat materiam. Sed Bald. reperitur in l. testamenta nu. 4. vers. cùm ergo citatio est nulla C. de testam. hanc doctrinam limitasse, in eo quòd
expressè

expresse voluerit, si aliquod vitium * in citatione reperia- 65.
tur totum iudicium annnulari, sicut eum ad hoc citat
Ioan: Baptista Asinius in praxi iudiciorum §. 1. cap. 1.
nu. 25. post med. part. 1.

QVæramus etiam si iudex reseruaret has exceptiones * in fine causæ, quia hoc nõ est in ar- 66.
bitrio iudicis, cùm sit à iure tempus specialiter diffinitum arg. l. si in lege in prin. ff. locat. l. adhoc per Iac. Bu. ff. qui satisd. cog. l. sed etsi susceperit in prin. ff. de iudic l. fin. C. de except. l. iam tamen §. in hac ff. iudic. Sol. Litis namq; contestatio * firmat processum contra omnes 67.
dilatorias iudicij l. filius §. veterani & l. Pomp. §. rati ff. de procurat. & l. ita demum C. eod.

ADDITIO. 44. Huius rei firma est ratio cùm per lit. contest. * quis instantiæ demum obligetur adeò vt ab ea 68.
discedere & amplius pœnitere non queat per text. in l. is qui se obtulit vbi gl. in verb. qui discessit ff. de rei vendic. & in d. l. Sed etsi susceperit ff. de Iudic. & l. nemo C. de iurisd. om. iud. gl. mag. quæ valdè reputatur singul. in l. 2. §. fin. ff. de præt. Stipul. Quæ dicit in actu * litis contesta- 69.
tionis celebrari quasi contractum, nam condemnatus per sententiam ex isto quasi contractu perinde obligatur atq; si aliàs verè contraxisset, vt refert. Felin. in rubr. de re Iudic. nu. 23. Gaill. adhoc multas authoritates citat obser. 74. nu. 6. & seq. lib. 1. Attamen non semper indistinctè procedit, quod scilicet litis contestatio contra omnes dilatorias firmet processum. Quippè * superuenientem 70.
declinatoriam exceptionem, post lit. contest. Iudex po-

 steaquam

steaquam in causa fuerit conclusum ex officio suo (sicubi voluerit) admittere poterit Specul. in tit. de renunciat. §. 1. col. 1. nu. 3. vers. & nisi Iudex suo ex officio per tex. in c. cùm Ioannes de fide Instrum. & per text. in l. vbicunq; ff. de interrog. action. Nec in Romano Pontifice locum sibi vendicat. Quandoquidem coram ipso dilatoria exceptio superueniens proponi valeat, quemadmodum idem Specul. scriptum reliquit d. tit. de renunc. §. 1. col. 1. nu. 3. & Felin. in c. insinuante vers. quartus est in Papa, de offic. & potest. de leg.

Octauò sic, vbi constaret per confessionem est certo certius, quòd condemnatio fieri de-
71. beat. Quia vbi * est confessio, ibi non curatur ordo nec iuris, nec mandati quod est nota dignum c. Pisanis de restit. spoliat. fac quòd not. in l. ictus fustium ff. de his qui not. infam. & c. 1. de accusat. lib. 6.

Additio. 45. Maximè id obtinet quòd nec accu-
72. sator * sit necessarius, si crimen per confessionem efficiatur notorium vt in c. audientia de accusat. Canonist. ibid. & in l. ea quidem C. illo tit. Ideò iudicis officium defertur veræ confessioni Bald. notab. in l. qui crimen nu. 28. C. qui accusat. non poss. Roland. à valle cons. 30. nu. 18.
73. lib. 2. Vbi consuluit locum habere quando * quis per veram confessionem condemnatur. Secus si contumaciam alleg. ad hoc Bald. in d. l. qui crimen col. pen. vers.
74. item in criminali C. qui accus. non poss. Et sic * criminis confessio purgat omne vitium processus per Bart. in l. si confessus ff. de custod. reor. Innoc. in d. c. qualiter & quando el. 2. de accusat. & c. 1. illo tit. lib. 6.

Nullus

NVllus enim * ordo requiritur in confessum nec omnino inspicitur modus agendi; sed sola confessio c. per inquisitionem de elect. c. cùm super de confess. iux. Inn. c. hoc quippe 3. quæst. 6. cum similib. 75.

ADDITIO. 46. Huic congruit quod extra iudicialis confessio * sufficiens sit contra confitentem gl. vlt. ab 76. omnib. adprobata in l. capite quinto ff. de adult. Hyppolit. de Marс. in l. de minore col. 9. in prin. ff. de quæstionibus. Ac eiusmodi confessionis Angel. ponit plures effectus in l. 1. ff. de confess. Eò magis si vndecunq; * cri- 77. mina claruerint, sunt punienda c. ecce 24. quæst. 4. & in c. 2. de accusat. lib. 6. Accedit confessum * pro iam iu- 78. dicato haberi, cùm sua damnetur sententia l. 1. C. eod. Etiamsi talis confessio super inordinato manauerit processu Iunoc. & sequaces in d. c. qualiter & quando de accusat. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. comparuerunt dicti inquisiti & confitentur totum, vbi Augustin. in addit. & fusius per Marsil. in l. 1. §. Diuus Anton. nu. 10. ff. de quæst. In confessum * igitur nullæ iudicis sunt 79. partes quàm in condemnando l. qui sententiam C. de pœn. Infringit enim confessio omnes probationes factas per testes vel instrumenta in fauorem confitentis contrarium, nec alia probatio contra eam admittitur Corneus cons. 39. col. fin. vol. 4. consultissimus ille Ludolphus Schraderus, multis hoc firmat responso quodam, 23. inter consilia Laur. Kirchonij, vol. 5. num. 33. cum similib.

NOnò sic. Quia ex quo partes * se adstrinxe- 80. rint ad veritatem probationum, ergò proba-

tionibus est standum, arg l. circa eum ff. de probat. l. scio ff. de appellation.

ADDITIO. 47. Eiusmodi quidem probatio debet
81. necessario * concludere l. non hoc C. vnde legit. & in c.
82. præsentia, de probat. Concludens enim legitima * probatio illa dicitur, quæ fit testibus & instrumentis non autem per Iuramentum gl. in l. cùm de indebito in prin. ff. de probat. & in c. at si clerici in princip. verb. probatione legitima, de iudic. & quæ per aduersarij confessionem apparet, reliquarum fortior esse dicitur text. in l. vnic. C. de confess. & in l. certum ff. illo tit. ac in l. qui de in officioso ff. de inoffi. testam. Gail. obser. 106. num. 2. lib. 2. adeò vt veritas probationis (qua de Bald. in hac disputatione adfirmat) de plena probatione sit existi-
83. manda. Eaque duplici * modo sumitur Berous cons. 43. num. 53. vol. 3. vbi ex verbis Bart. colligitur in extrauagant. ad reprimendum verb. summariè & in l. de minore §. tormenta col. vlt. de quæst. & in l. 1. in fin. ff. de præt. Stipul. & l. vlt. ff. de quæst. Primò quædam itaq;
84. probatio * dicitur plena, quæ fit per Instrumenta publica vel per testes idoneos, & sic per testes eiusdem generis tot. tit. C. & extrà de probationib. & in c. forus de verb. signif.
85. & ista in iudicijs plenarijs * ac ordinarijs requiritur, non autem in summarijs & meris possessorijs. Deinde quæ-
86. dam est plena probatio simpliciter, * quæ fit ex diuersis semi plenis probationibus diuersi generis simul iunctis.
87. Et ex vno teste * & fama publica vel ex vno teste & alijs indicijs, & præsumptionibus iuris vel iuramento & similibus Bart. & cæteri in l. admonendi ff. de iureiurando & Dd. tit. C. & extrà de probat. Et isthæc plena probatio sufficit in meris possessorijs Bart. & alij in l. 1. C. quorum bonor. & hoc modo intelligitur Bart. in d. extrauag. ad reprimen. vers. Summariè cuius authoritati omnes ferè
88. adhærent. Tandem leuis * & debilis quædam est probatio,

tio, quæ dicitur semiplena vel quæ est facta per vnicum duntaxat testem vel per solum iuramentum, vel per simplicem famam publicam, vt tradit Bart. suprà citatis locis & d. l. 1. C. quorum bonor. & d. vers. Summariè & d. l. de minore §. tormenta ff. de quæstion. & d. l. vlt. ff. eod. Et hæc non est * sufficiens in meris & summarijs possesso- 89.
rijs sed in summarijssimis Berous suprà d. loco. in hac residet distinctione, adijciens hoc pacto sententiam Bart. ac aliorum posse conciliari ita refert diligentissimus ille Mascardus in aureo suo tract. de probationib. conclus. 1198. nu. 16. vol. 3. quò loci nu. 17. inter plenum & minus præiudicium distinguendo fusiùs expendit.

DEcimò & vltimò, quia cùm * sumus in fi- 90.
ne causæ, sola probationum veritas est attendenda, & fauendum est probanti, vt l. omnes ff. de probat. l. eos C. de appellat. & l. per hanc C. de temp. appellat.

ADDITIO. 48. Circa * indagationem veritatis sola 91.
reputatio ad probationem causæ in recenti possessione non sufficit Bellamerus decis. 594. & decis. 612. Nam ad ipsissimæ veritatis enucleationem * requiritur efficacis- 92.
sima probatio, quæ ipso demonstratur effectu per Bald. in rub. de rerum diuis. col. vlt. & in l. 1. col. 2. C. qui accusat. non poss. & l. fin. col. pen. C. de execut. rei Iudic. Decius in l. si certis annis col. 3. vers. item conclude C. de pact. Et quę constat per * euidentiam facti Innocent. 93.
in c. proposuisti de probat. Ea namq; præfertur omni alij probationi, Decius cons. 209. in prin. Ruin. cons. 107. nu. 14. vol. 1. Riminal. cons. 315. col. 1. Rolan. à valle cons. 7. nu. 91. vol. 3. Et quoniam Baldus noster in hac sua Disputat. sæpiusculè criminalium rerum faciat mentionem.

95. Proindè sciendum * est in criminalibus semiplenas non coniungi probationes Bossius in tract. crimin. tit. de plurib. violent. num. 86. quò loci differit. in criminalibus probationes * luce meridiana clariores requiri. Sed in ciuilibus semiplenas probationes coniungi posse iura admittunt per doctrinam Bart. in d. l. admonendi nu. 48. vers. his præmissis. quam ibi Iason communem & veram dicit nu. 257. vers. quid tenendum ff. de iureiuran. Nec
96. minus aduertendum * probationes quæ contra præsumptiones iuris & de iure adducuntur æquè vt in criminalib. sole meridiano lucidiores esse oportere Parisius cons. 135. col. 2. lib. 4. Roland. à valle cons. 83. nu. 37. vol. 2. per l. fin. & ibi Bart. ff. quod met. caus. Quò circa obiter signandum, licèt Bald. disponit fauendum esse probanri per rationem quod probationum facultas non sit angustanda l. quoniam in fi. C. de hæret. c. quanquam 13. q. 2. Sed tamen ita probanti non est fauendum, vt quod iure non permittitur probationum intuitu iudex admit-
97. tere debeat. Ideò * prudens iudex animaduertere debet quæ nam probationes iuri consonę & admittende & quę namq; repellendæ Mascard. in tract. probationum concl. 1177. in prin. vol. 3. prouidè iudices admonet. Nec à re alienum hic posuisse videtur, quod testatum fecit Fuluius Pacianus, in eminentissimo suo tractatu de probationibus, lib. 2. cap. 19. nu. 30. nempe si quis possideat aliquid contra ius commune, tunc possessio ab onere probandi non releuat, idq; magnopere notandum esse per Salic. in l. moueor C. de ser. exportand.

5. §. NVNC ARGVAMVS AD SECVNDVM.

SVMMARIA.

1. IN VETITVM EXAMEN ALIQVEM TRAHENS PVnitur *in amißione causæ, sed si id ex principis faciat rescripto, in expensis duntaxat punitur.*

Rescripta

2. *Rescripta ad lites quamuis obreptitia, non ipso iure sed ope exceptionis saltem nulla sunt.*

3. *Exceptionis ope quid cum causæ cognitione fieri dicitur.*

4. *Subreptio in rescriptis ad lites non vitiat nisi à parte opponatur.*

5. *Rescriptum non respicit litis decisionem, sed ad processum ordinandum duntaxat pertinet.*

6. *Iudices diuersos in eadem causa qui adit vocat reum ad vetitum examen.*

7. *Iudex superior causam ad se auocando priori iudici & partibus in bibere videtur.*

8. *Iudex inferior attentare dicitur si post causæ auocationem aliquid gesserit.*

9. *Superior iudex quando apponit manus inferior non potest se intromittere secus tamen quò ad tertium aliquem foret dicendum, nu.* 10.

11. *Circa iuris practicam cautè versari conuenit.*

12. *Iudex primò aditus, non autem alius cognoscere debet, ne connexitas causæ diuidatur.*

13. *Diuisio causæ pœnalis est.*

14. *Iudices duos qui super causa possessionis & proprietatis adit, iudicis puniatur arbitrio.*

15. *Diuisionis causarum pœna in multis casibus non obtinet, eorum hic quatuor enumerantur.*

16. *Rei, qui diuersos habent iudices propter indiuisibilem causam coram vno eodemq; iudice omnium superiore conueniri possunt.*

17. *Dolo non caret, qui, quod coram vno iudice debet proponere, id coram diuersis intentat.*

18. *Dolum arguere videntur ea, quæ contra legis prohibitionem fiunt.*

19. *In interdicto vti posidetis vincit is, qui tempore litis contestatæ possidebat, seq; in ea re turbatum probet, nu.* 20.

21. *Possessor in quieta possessione manuteneri debet si prædicta docuerit extrema.*

22. *Possessor iniustus lite contestata non debet expelli, maximè si in possessorio litis ordinandæ versemur.*

23. *Dolo si quis desitit habere ius intentatum, lex nihil ominus fingit idem ius durare.*

24. *Fictio non cadit super his quæ meri sunt facti.*

25. *Facta vt pro infectis habeantur ius non potest facere.*

26. *Fingere vbi lex non inuenitur, super his quæ facti sunt, ibi cessat æquitas ex qua fictio inducta est.*

Quod

27. *Quòd lite pendente innouatum est debet iudicis officio reformari in pristinum statum.*

28. *Dictio innouare habet multas significationes, sed in possessorijs pro eo accipitur quod fit lite pendente, in contemptum iudicis & præiudicium partis.*

29. *Innouari lite pendente nihil debere naturalis suadet ratio.*

30. *Intentionis fundamentum quilibet probare tenetur.*

31. *Continuationis nouæ aut recentis possessionis prætextu, quis attentatis non excusatur.*

32. *Probationes in vetito examine non valent etiamsi fiant per confessionem.*

33. *Propter infamiam quis se purgare debet, aut quasi conuictus puniri.*

34. *Reconuentionis causa fit, quòd Iudex secularis in clericum ius dicendi habeat potestatem.*

35. *Reconuentio in causa criminaliter instituta non admittitur.*

36. *Per reconuentionem Reo non datur actio principaliter, sed excipiendo in modum defensionis ex obliquo datur minus principaliter.*

37. *Exceptio rei iudicatæ obstat, quoties inter easdem partes, eadem quæstio vel alio genere iudicij tractatur, vel alio modo agendi ventiletur.*

38. *Eodem gladio vtrum quis illatam violentiam diuerso respectu valeat propulsare?*

39. *Argumentum à simili est debilissimum.*

40. *AEquiparatio non fit per modum regulæ in casibus quibus non reperitur æquiparatio in indiuiduo à lege facta.*

41. *Factum vnum & idem non præstat pœnam & præmium.*

42. *Reconuenire actorem ex eodem delicto reus non potest, sed per defensionis modum & responsionem ad libellum.*

43. *Probationes in vetito examine per confessionem sponte factæ indicium faciunt ad torturam.*

44. *Confessio coram iudice incompetente facta licèt regulariter non obtineat, quò ad condemnandum, sed tamen quò ad torturam sufficit.*

45. *Confessio vt valeat ac confitenti præiudicet quæ requirantur ad hoc remissiuè.*

46. *Paria sunt nullo modo esse & inualidum esse.*

47. *Inualida non existimantur in consideratione.*

48. *Confessio inualida sub statuto mentionem confessionis faciente non comprehenditur.*

49. *Delictum hoc ipso quod non probetur, innocentia constare videtur.*

50. *Innocentibus iura ita fauent, quod quilibet ad probandam accusati etiam ignorantis innocentiam admittatur.*

De in-

51. De innocentia rei si constet eius confeßio, quã occasione delicti fecit, tollitur.
52. Innocentiæ argumentum est voluntaria constitutio, vt si quis se hilari fronte sisteret.
53. Innocentia notoria si appareret non opus est superiorem consulere.
54. Innocens si casu infelici puniretur, non ideo is qui deliquit liberatus dicetur.
55. Actus omnes iudiciarij, in suo effectu concludere debent.
56. Probationes coram iudice incompetente factæ ob irritum processum non valent.
57. Iudex incompetens dicitur tribus ex caussis.
58. Ob infamiam iudex suo munere fungi non potest.
59. Iudex excommunicatus à ciuilib. actib. excluditur.
60. Iudex incompetens dicitur, ratione conditionis & naturæ, vt si fuerit mutus vel surdus.
61. Iudex est etiam incompetens ob qualitatem actoris vel rei, veluti si sint diuersi fori.
62. Reus si duplicem aut triplicem habuerit forum in potestate est actoris reum coram quo voluerit iudice conuenire.
63. Scholaris linquitur arbitrio coram quo iudice velit conueniri.
64. Iudex incompetens qualitercunq;, procedat partem grauare intelligitur, secus tamen si iurisdictio fuerit prorogabilis, nu. 65.
66. Iurisdictionis prorogatio per confeßionem facta videtur.
67. Prorogatio in iudicio inquisitionis non habet locum.
68. Inquisitio quando in criminalib. procedat remißiuè.
69. Iudicis linquitur arbitrio, si is qui probat tertium debeat expectare.
70. Dilatio probatoria in ciuilibus est peremptoria, tamen secunda, tertia & quarta conceditur dilatio vbi in Camera de iusto apparuerit impedimento.
71. Probationum facultas non est coangustanda ne causarum veritas occultetur.
72. Prorogatio dilationis non admittitur.
73. Prorogationis remedium extra ordinarium dicitur.
74. Cameræ Imperalis aduocatis & Procuratoribus 13. Decemb. An. 93. per decretum fuit iniunctum, ne dilationis prorogationem petant, sed impedimentum, quò minus probatio intra præstitutæ dilationis terminum commodè potuerit expediri sigillatim & specificè doceant.
75. Probatio valet si pars aduersa contra eam non opponat.
76. Post conclusionem in causa instrumenta amplius vetantur produci.
77. Probare prohibitus non vetatur probationem suam declarare.
78. Ex declaratione nouum fieri non dicitur.

H Instrumen-

80. Instrumenta nouiter reperta vsq; ad sententiæ calculum produci possunt, quod autem de nouo sint reperta iuramento probatur, nu. 80.

81. Probationes iuridicæ, aut iuris postquã in causa conclusum produci possunt.

82. Leges & Iura semper allegari possunt, sed noua dilatio ad eiusmodi allegationes non conceditur.

83. Substantiale alicuius rei illud est, sine quo res illa consistere non potest.

84. Sententia sine suo substantiali processu non subsistit.

85. Substantia dicitur natura ineuitabilis & necessaria.

86. Substantia quod caret, etiam accidentalibus vt careat necessum est.

87. Actio si non competat reus diffinitiuè absoluetur.

88. Sine actione experiri nemo potest.

89. Agens sine actione ex officio repelletur.

90. Lex vbi non distinguit, nec vlterius nos distinguere oportet.

91. Actionem ipso iure quis non habeat, nihil interest, an ea per exceptionem infirmari possit, & ex qualitate exceptionis regulariter quæuis dispositio solet declarari.

92. Exceptionem competere, si ex actis appareat, iudex supplere potest. Item ex naturali æquitate exceptiones proficiscuntur.

93. Exceptionis ope an quis liberatus censeatur, vel ipso iure, non est modica differentia.

94. Actio an sublata sit ipso iure, vel ope exceptionis magnus huiusmodi rei effectus est, qui etiam determinatur.

95. Indiuiduum apud dialecticos, in legali studio dicitur esse species. Quinimò, final. glossa in leg. si cùm tibi C. de iudicijs ex causa partis (vt sic dicamus speciei) magno celebrator encomio. Iemq; à genere ad speciem affirmatiuè per motum consequentiæ argumentum non rectè ducitur, sed quidem ab vno indiuiduo seu singulari benè ad aliud singulare proceditur, fœcundo eorum argumento quod vno testiculo nati militiam iure exercebunt, vbi etiam subditur, quòd fictio iuris ciuilis ex vtilitate populi soleat induci.

96. Aduocati iuniores quandoq; litium confusores dicuntur, attamen, à cane non magno sæpè tenetur aper.

97. Spoliare non dicitur qui iuris sui conseruandi causa quid gerit.

98. Spoliator à tertio possidens non debet molestari.

99. Vi ingrediens censetur spoliare.

100. Spoliatio arguitur ex eo, si pars deneget possessionem restituere, vel ad possessionem non admittere venientem.

101. Rettentioni non magis fauendum quam recuperatoriæ acquisitioni.

Possessione

102. *Possessione sua qui prohibetur uti contra omnes qui prohibent vel turbant iniuriarum competit actio.*
103. *Iuri suo praeiudicare nemo tenetur.*
104. *Ad Possessionem is non recipitur cui nullum ius competit.*
105. *Citari is non debet, si notorium fuerit ei vllum ius non competere.*
106. *Actus contra eum gestus cui non competit defensio valet sine citatione.*
107. *Aduersus eum qui non spoliat interdictum vnde vi minimè competit.*
108. *Vim committere intelligitur qui venientem non admisit.*
109. *Spoliatus quòd ante omnia restitui debeat, id ob improbitatem per vim ingredientis contingit.*
110. *Absolutoria sententia est interlocutoria, licet quandoq; attenta eius ratione sit diffinitiua.*
111. *Absolutoria sententia secum trahit executionem, iubetq; alteram partem in possessione defendi.*
112. *Absolutoria sententia dicitur interlocutoria, si iterum facultas agendi supersit.*
113. *Absolutoria sententia quandoque est peremptoria, & habet vim interlocutoriae.*
114. *Interlocutoria potest reuocari in ordinario possessorio si de contrario appareat.*
115. *Criminalis causa praefertur ciuili, fallit si ad diuersa tendant, nu. 116.*
117. *Criminalis causa si principaliter & ciuilis minus principaliter proponantur tunc simul intentari poterunt.*
118. *Argumentum à ciuilibus ad criminalia valet.*
119. *Exceptio litis pendentis est dilatoria non autem peremptoria.*
120. *Litis pendentia per solam executam citationem inducitur, pleriq; tamen volunt per litis contestationem induci, nu. 121.*
122. *Exceptio dilatoria nouiter nota post lit. contest. obijci potest,*
123. *Exceptio dilatoria non totum abrumpit, sed differt actionis examen.*
124. *Exceptiones dilatoriae in triplici habentur differentia quaedam iudicis personam, quaedam litigatoris ac quaedam respiciunt ipsam causam.*
125. *Exceptio iudicis personam concernens dicitur fori declinatoria seu incompetentiae.*
126. *Iurisdictione iudicis semel prorogata amplius recusari non debet.*
127. *Exceptio litigatoris personam respiciens dicitur quaelibet legitimationis personae exceptio.*
128. *Exceptiones quae ad merita causae spectant, sunt, inepti vel obscuri libelli, item malè agis.*

129. *Exceptio dilatoria si ante lit. contest. opponatur Reus interlocutoriè ab obseruatione iudicij, si verò post lit. contest. absoluetur diffinitiuè.*

130. *Exceptio intentionis & facti, veluti, si quis sine actione experiatur, vim dilatoriæ habet.*

131. *Exceptio intentionis si non fuerit opposita, Iudex sine actione agentem ex officio repellere potest.*

132. *Iudex secundum naturam & finalem exceptionis effectum pronunciare debet.*

133. *in Exceptionibus prædictis iudex vltra tempus limitatũ supplere non potest.*

134. *Exceptio quæ cum actione nascitur, si non opponatur à parte per iudicem supplebitur.*

135. *Exceptio in quacunq; materia, si ab aduersario admittatur, vel à contradictione minus appelletur operatur suum effectum ac aduersario præiudicat.*

136. *In dubio reus est potioris conditionis.*

137. *Prælationi in dubijs & paribus datur locus.*

138. *Reus etiamsi de ipsius non iure constet, nihilominus per obiectiuam exceptionem potest vitiosum actoris ingressum excludere.*

139. *Reo sufficit quod per non ius actoris vincat, quàmuis etiam de non suo iure constet, & sic per indirectum validitatem iuris sui includit & per hoc sibi prouidebitur, num.* 140.

141. *Dubietate pendente reus est potioris conditionis & pro eo interloquendum non definiendum, num.* 142.

143. *Sententia aliqua vtrum sit interlocutoria vel diffinitiua multiplicem habet effectum.*

144. *Sententia diffinitiua est, quæ negocium & principalem causam diffinit.*

145. *Sententia interlocutoria dicitur, quæ super incidenti & emergenti fertur.*

146. *Sententia diffinitiua super certo & liquido cadit.*

147. *Sententia diffinitiua dicitur mera, quæ nullam interlocutoriæ habet mixturam.*

148. *Sententiæ diffinitiuæ est effectus vt mandetur executioni.*

149. *In actu quod est, id principaliter operatur.*

150. *Principali ex causa quid actum esse præsumitur.*

151. *Sequentes actus regulantur secundum præcedentia.*

152. *In regula iuris ciuilis non est quod pendet.*

153. *Regula si in aliquo sit vitiata perdit officium.*

154. *de Exceptionis natura est, vt procedat de corpore primæuæ dispositionis, & probet eius contrarium.*

Regulam

155. *Regulam ab omni exceptione semotam pro se habens, is fundatam intentionem dicitur habere.*

156. *Aduocati regulæ adhærere debent, sicut Bononienses carocio.*

157. *Regulæ iuris tenaciter obseruandæ donec in contrarium specialis dispositio appareat.*

158. *Regulam iuris specialem alleganti probatio incumbit.*

159. *Pacisci licet de omnibus rebus priuatis.*

160. *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

161. *Bona aduentitia, an per patrem alienari poßint & dicitur sine iudiciali decreto & curatore à magistratu confirmato non rectè alienari vt num. 162. adeò vt nec in integrum restitutio, ad retractandam alienationem sit necessaria, nu. 163. quia contractus eiusmodi sine decreto initi ipso iure non valent. nu. 164. Nam patri in eiusmodi aduentitijs nihil iuris excepto solo vsu fructu adquiritur, vt nu. 165. & quod stipulatio legis obligationes gignere soleat, ibidem differitur.*

166. *Quæ contra leges, principum placita & contra bonos mores fiunt non valent, & contrafaciens in mala fide dicitur.*

167. *Fauori suo quilibet renunciari poteſt.*

168. *Renunciationi per contrarium pactum minimè præiudicatur, si dispositio priuatam paciscentium vtilitatem non respiciat. Et quòd regulæ probibitiuæ neutiquam renunciari queat.*

169. *Litis pendentia facit ratione futurorum, vt causa non poßit diffiniri, sed procedendum non esse pronunciari debet.*

170. *Sententia omnis quæ solum respicit processum dicitur interlocutoria.*

171. *Rationes viuas natura declinare non poteſt.*

172. *Lex varios habens intellectus ad causarum decisionem non poteſt allegari.*

173. *Ratio tanquàm legis anima semper obseruanda.*

174. *Rationem omnium quæ à maioribus tradita sunt, nimis anxiè indagare non debemus, ne ea, quæ certa sunt euertantur.*

175. *Praxis genuina vera legum intellectrix esse adfirmatur.*

176. *à Practica antiqua non eſt recedendum.*

177. *Leges in schola diglutiuntur in Palacio digeruntur.*

178. *Theoricus vbi definit ibi practicus incipit.*

179. *Cauilloſi dicuntur qui leges discunt & decretales, ita practica Ferrariensis babet.*

180. *Ciceronem & Senecam qui discunt, homines sunt virtuosi, sed qui discunt medicinam, homines sunt gratiosi, nu. 181.*

182. *Theologiam qui discunt sunt homines deuoti.*
183. *Aduocati caueant ne multa animarum incurrant pericula.*
184. *Aduocati iuuenes in practica sæpius errant, sed aduocati senes in iure & practica sunt instructi, vt nu. 185.*
186. *Aduocatus senex qui in iuuentute benè studuit optimè dicetur instructus.*
187. *Rationes quando plures tanto præualentiores.*
188. *Ratio vna si adsignetur pro expressa habebitur.*
189. *Ratio naturalis sola sufficit etiamsi lex deficiat.*
190. *Contra naturalem rationem vix aliquid reperitur quod non remordeat conscientiam.*
191. *Vinculum duplex fortius ligat quàm vnum.*
192. *Quæ non prosunt singula multa iuuant.*
193. *Singula multa nocent quæ aliàs non obsunt.*

NVnc arguamus ad secundã partem, quod debeat sequi absolutio diffinitiua. Et arguitur sic, certum est quod actor, qui trahit reum in vetitum examen punitur in amissione causæ l. in criminali C. de Iurisd. om. iud. nisi hoc fa-
1. ciat ex rescripto principis, * vt ibi patet, tunc enim etiamsi rescriptum non teneat, tamen non perdit causam sed punitur in expensis, vt in c. dispendia §. reus, de rescript. lib. 6. & in c. 1. de rescript. in clem.

2. ADDITIO. 49. Rescripta ad lites * quamuis sub vel obreptitia, non tamen ipso iure censentur omnino nul-
3. la. Sed ope * exceptionis cum causæ cognitione rescindi possunt Panor. in c. cæterùm ibid. & alij extra de rescript. communem dicunt, per c. ad audientiam el. 2. eod. tit. c. vt debit⁹ de appel. In eadẽ est sententia Robert. Lancel-

Lancellot. in tract. de attentat. cap. 4. nu. 63. part. 2. Notauit in rescriptis ad lites sub reptionem * regulariter non vitiare nisi à parte opponatur Canonist. præsertim Felin. in d. c. cæterùm nu. 24. de rescript. post Innoc. Compostel. Ant. de Butr. Cardinal. Imol. Dominic. & Panor. ibidem. Hoc præcipuè obtinet, quod. rescriptum non respicit decisionem litis statim faciendam, sed ad præparatoria * & processum duntaxat ordinandum pertinet ita pulchrè distinguendo tradit Bald. in l. 1. in fin. C. de collus. detegen. quem sequitur Iason in l. 2. C. si contra ius vel vtilitatem publi. Roman. cons. 330. incip. circa primum nù. 4. vnde postquã eiusmodi subreptionis vel exceptio opposita fuerit tunc rescripta de iure saltem ciuili incipiunt nullum habere effectum l. etsi legibus C. si contra ius vel vtil. publ. Mendax precator carere debet impetratis l. si quis obrepserit ad leg. Cornel. de fals. cum simili.

4.

5.

ITem certum est, quod * qui adit diuersos iudices in eadem causa, vocat reum ad vetitum examen, vt l. 1. in fin. C. de assert. tollend. 6.

ADDITIO. 50. Quæritur quod si iudex * superior causam ad se auocaret nunquid videretur priori iudici & partibus inhibere? Scribunt quod sic. Innoc. & Ant. in c. cùm. M. Ferrarien. de constitut. tradit etiam Socin. cons. 39. incip. capio primũ nu. 24. lib. 4. ex quo prioris iudicis * gesta post auocationem causæ per superiorem ad se factam, intelliguntur nulla & prorsus attentata, c. vt nostrum de appellat. & c. pastoralis de offic. deleg. quia superior quando adponit manus, * inferior non potest se intromittere, per ea quæ respondit Ioan. Neuizanus cons. 44. nu. 10. incip. conditoris. Sed ista intelligenda sunt quò ad ipsas partes litigantes non * autem quò ad tertiam

7.

8.

9.

10.

tertiũ, ita declarat Innoc. d. c. cùm M. Ferrarien. de constitut. qua in re vel quosq; leguleos perniciosè versatos fu-
11. isse, cognitum probè mihi habeo, ex quo * melius foret eos circa iuris practicam magis Sagaciter egisse, arg. l. inciuilem C. de furt. & ser. corrup.

CVm solus iudex primò aditus ipse habeat
12. cognoscere * & non alius, ne causa continentia diuidatur, vt l. nulli C. de iudic. quæ dicitur diuidi quotiescunq; id, quod in vno eodemq; iudicio poterat terminari apud diuersos iudices ventilatur, vt dicit text. formaliter in præalleg. l. nulli.

13. ADDITIO. 51. Causæ diuisionem * esse pœnalem disposuit Imper. Constantin. in d. l. nulli, sed pœnam non declarauit. Hinc Iason. ibid. nu. 2. & seq. scripsit iudicis arbitrio relinqui, vbi quoq; Bald. noster sub fin. vi-
14. deatur, vnde is qui duos * iudices super causa possessionis & proprietatis adierit, arbitrio iudicis punitur, vt scribentes in d. l. nulli tradunt, nam vnum continens ab eodem iudice terminandum est. ita probat. texr. in l. ordinarij C. de rei vendic. Menoch. more suo solito conspicuè & doctè scripsit de arbitr. Iud. lib. 2. Cent. 4. casu. 371. Quò
15. loci ex Ias. & alijs subjicit pœnam diuisionis * causæ multis casibus non obtinere: eorum paucos & quidem præcipuos hic lubet commemorare. Primus itaq; sit, quando tempore diuisionis de continentia nihil fuerit oppositũ Felin. in c. vlt. nu. 8. de iudic. Afflict. decis. Neapol 154. nu. 2. Secundus esto, quod ob fori diuersitatẽ causæ connexitas diuidi possit Ias. in d. l. nulli nu. 6. vers. 2. Secundò limita. & Aym. Crauet. cons. 258. nu. 7. cui tamẽ in Camera Imperali, de qua paulò pòst, alia ratione obuiam itur.

Tertius est casus quod in odium contumacis rei causæ diuidatur continentia, & sic perditur beneficium d. l. nulli, Ias. ibid. d. nu. 6. vers. tertiò notabiliter limita. Vltimus hoc loco sit casus. Quod causæ continentia in executiuis patiatur diuisionem. Idem Ias. in d. l. nulli nu. 8. C. de iudic. Plures casus vid. apud Menoch. d. casu. 371. circa finem. Quantum igitur ad fori diuersitatem (cuius paulò antè in secundo casu meminimus) attinet. In Camera ita obseruari adnotauit Minsing. obser. 4. cent. 1.
nimirum sicubi omnes rei * qui sunt diuersis subiecti iu- 16.
risdictionibus, ac diuersos habeant iudices, benè propter indiuisibilem causam coram vno eodemq; iudice ipsorum omnium superiore conueniri possunt d. l. nulli, & c. 2. de caus. poss. & propr. Vbi Dd. Bart. in l. omnes C. arbitr. tutel. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur sicq; in Camera obseruatum fuisse. Item Minsing. d. obser. 4. nu. 3. & seq. cent. 1. aliquot enarrat præiudicia, vltra eum addatur Gail. obser. 1. nu. 22. lib. 1.

IN dolo enim est, * qui quod coram vno iu- 17.
dice potest ac debet proponere, coram diuersis intendat l. de rebus in fin. ff. de arbitr. & per Cynum in l. licèt C. de iudic.

Additio. 52. Ea quæ fiunt * vel contra præceptũ 18.
iudicis, vel lite pendente contra legis, prohibitionem (de qua tot. tit. vt lit. pend. nil innouandum) dolum arguere videntur secund. August. Berouin cons. 120. nu. 33. lib. 1. incip. concludo Paris. cons. 138. nu. 28. vol. 4. incip. dico in causa.

IN themate nostro causa spoliationis pertinebat, ad iudicis primò aditi notionem, vt

probabo, ergo conclusio vera. Minorem pro-
19. bo, certum est quod * in interdicto vbi possidetis is vincit, qui tempore litis contestatę possidebat §. hodie Instit. de interd.

Additio. 53. Nam qui iuterdicto retinendæ possessiouis agit, babet necesse vt probet, quòd etiam eo tem-
20. pore quo turbaretur & lis contestaretur, possederit * rem in qua se turbatum prætendit Minsing. in §. sed interdicto nu. 2. Instit. de interd. Idq; si fuerit probatum, tunc
21. possessor * in quieta possessione manuteneri debet l. siue possidetis C. de probat. l. res alienas C. de rei vendic. Ad hoc pertinet si quis tempore litis contestationis iniustè
22. possidere * per me inuentus fuerit án eum expellere queam? respondetur quod non, præsertim si in possessorio extraordinario litis ordinandæ gratia versemur manuteneri debebit iux. Innoc. in c. cùm venissent, de constitut. Paul. de castro. cons. 3. vol. 2. & in l. Attilius regulus in fine de donat. Decius in c. cùm teneamur in 4. notab. de Appellat. Cephal. cons. 19. incip. resignatio num. 5. in fin. lib. 1.

VNde licèt reus lite contest. compellat actorem, tamen actor vincit, ne factum rei sibi noceat, sicut dicimus vbicunque lite contestata
23. actor dolo rei * destitit habere ius intentatum, quia lex fingit idem ius durare l. siue manifestus §. iam diu ff. de cond. furt. l. 1. per Cyn. C de alien. Iudic.

24. Additio. 54. Etsi fictio * nou cadit super his quę meri sunt facti l. in bello §. factæ ff. de cap. & postl. & quòd facere

facere nequeat, vt facta pro infectis habeantur l. deniq; 25.
ff. ex quib. caus. maior. Sed tamen locum habet fictio etiam in his quæ habentur l. retro & l. in omnibus ff. de capt. & postl. Vbi itaq; inuenitur legem * non fingere 26.
super his, quæ facti sunt ibi cessat æquitas ex qua inducta est fictio. l. postliminium ff. de capt. & postl. & d. l. denique §. factæ ff. ex quib. caus. maior. aut ex defectu extremorum l. cùm hæredes §. 1. ff. de acq. poss. & declarat Bart. l. si quis pro emptore ff. de vsucap. in primis trib. oppositionibus Cagnol. in l. verum est neq; stipulationes sub fin. ff. de reg. iur. vbi multa quæq; scitu non indigna congessit. Quòd autem fictio iuris ciuilis ex vtilitate populi inducatur, vid. Infrà Addit. 65. nu. 95. sub fin.

ET quia factum innouatum * lite pendente 27.
officio iudicis reformari debet in primæuum statum l. chyrographis §. fin. ff. de admi. tutor. & l. si constiterit C. fin. regund. Si igitur officio iudicis primò aditi hoc eueniebat dirimēdum. Ergo secundi iudicis non processit, & actor tanquam reus trahens in vetitum examen, est in amissione causæ puniendus:

ADDITIO. 55. Ista dictio * innouare, habet multas 28.
significationes, quæ liquent apud Robertum Lancellottum, in d. tract. de attentatis in præfat. nu. 8. cum sequentibus. Sed in hisce nostris terminis possessorijs, pro eo, quod fit lite pendente in contemptum iudicis & præiudicium partis accipitur. tot. tit. C. extrà & in clem. vt lit. pend. Ex quo etiam * ipsa naturalis suadet ratio, quod 29.
lite pendente nihil debeat innouari Canonist. in c. 1. vt lit. pend. nimirum vt innouationes super re, de qua con-

trouertitur lite pendente inhibeantur ſecundum prædi-ƈta iura. Hoc tamen adieƈto, vt qui dicit aliquid doloſum aut illicitum fuiſſe attentatum, id tanquam intentio-
30. nis * ſuæ fundamentum tenetur probare gl. magiſt. in c. non ſolum circa medium verſ. dic tamen, de appel. in 6. per not. in c. ex literis de iure patron. Aug. Berous conſ. 128. incip. cùm Alfonſus nu. 9. vol. 3. Verùm id neutiquam omittendum eſt. In præiudicium nouæ poſ-ſeſsionis innouari aliquid poſſe, Ioan. de Imol. in c. laudabilem, vt lit. pend. per text. in c. tenor de re iud. adeò vt ſi quis reuera in poſſeſſione minus eſſe appareat, niſi
31. in recetenti, talis prætextu * continuationis eiuſmodi nouæ aut recentis poſſeſſionis ab attentatis non excuſaretur Berous conſ. 110. incip. an à ſententia in fin. nu. 39. & 40. lib. 3. Quem ſequitur Robert. Lancel. de attent. cap. 4. tit. lite pendent. num. 87.

32. SEcundò ſic arguitur: Probationes in * vetito examine non valent, etiamſi fiant per confeſſionem c. at ſi clerici, de iudic.

ADDITIO. 56. Similis eſt text. in l. fin. C. ſi à non compet. iud. vbi Imper. diſponit ne quenquam litigatorum ſententia à non ſuo iudice diƈta conſtringat. Hoc tamen ita accipiendum eſſe arbitror. Niſi ex hoc multum cuiuſpiam grauata ſit opinio per c. teſtimonium de teſtib. & c. cùm deſideres §. 1. de ſent. excom. vbi quis
33. proter infamiam * debet ſe purgare. Sin verò ſe purgare non queat, conuiƈtus quaſi punietur c. cùm P. de purg. canon. c. inſinuatum de Simon. Quandoquidem verò text. in d. c. at ſi clerici Eccleſiaſticas præſupponat perſonas, ex quo gl. ibid. verb. non tenet quæſtionem moue-
34. at eamq; decidat, veluti, ſi clericus * conueniat laicum coram ſeculari iudice, & ille laicus reconueniat clericum ciuili

ciuiliter de crimine, si ferat sententiam contra clericum bene tenet, quia suus iudex est per reconuentionem c. 1. & 2. de mutuis petit, & l. cùm Papinianus C. de sent. & interl. om. iud. Auth. & consequenter C. illo tit. Criminaliter verò ipsum reconuenire non potest coram iudice seculari XI. quæst. 1. c. 1. & 2. Quia * in crimine non admittitur reconuentio, c. neganda 3. quæst. XI. cùm non relatione criminum, sed innocentia Reus purgatur l. is qui ff. de publ. Iud. 35.

ADDITIO. 57. Interea sub nube quęritur, quid iuris in casu, qui mihi nuper in facto, (illud quippe litigiũ adhuc sub iudice insignis alicuius Reipub. pendet in decisũ) occasione con & recõuentionis proponebatur. Cuiusmodi series paucis ita signari potest. Quidã super iniurijs conuent⁹, aduersus iniuriatũ instituit recõuentionis actionẽ, & non ita longè pòst, eandem substantiam quæ in ipsa reconuentione capitulata erat in suis deuensionibus ad perimendã conuentionis actionem proposuit, arbitrans vnam eandemq; substantiam (de rebus diuersis nullum prorsus dubium suboritur) tàm ad reconuentionis actionem quàm conuentionis defensionem ei pariter de seruire oportere. Quæ sanè opinio nunquam mihi alijsq; haud infimæ notæ iurisperitis, visa fuit iuridica, per text. c. cùm inter priorem in fi. de except. ibi. Cæterum non sic in reconuentione sentimuis, ne, quod in defensionis remedium sustinetur ad impugnationis beneficium extendatur, quò spectat doctrina Zasij in §. æquè num. 32. Instit. de action: nimirum quòd actio * principalis, per reconuentionem reo non detur. Sed ex obliquo minus principaliter excipiendo in modum defensionis. Ad hoc conducit text. in l. si quis cùm totum §. & generaliter ff. de except. rei iud. Vbi disponitur exceptionem * rei iudicatæ obstare, quoties inter easdem partes quæstio eadem tractatur vel alio genere iudicij. Huc confert decisio 36. 37.

27. *Quòd lite pendente innouatum est debet iudicis officio reformari in pristinum statum.*

28. *Dictio innouare habet multas significationes, sed in possessorijs pro eo accipitur quod fit lite pendente, in contemptum iudicis & praeiudicium partis.*

29. *Innouari lite pendente nihil debere naturalis suadet ratio.*

30. *Intentionis fundamentum quilibet probare tenetur.*

31. *Continuationis nouae aut recentis possessionis praetextu, quis attentatis non excusatur.*

32. *Probationes in vetito examine non valent etiamsi fiant per confessionem.*

33. *Propter infamiam quis se purgare debet, aut quasi conuictus puniri.*

34. *Reconuentionis causa fit, quòd Iudex secularis in clericum ius dicendi habeat potestatem.*

35. *Reconuentio in causa criminaliter instituta non admittitur.*

36. *Per reconuentionem Reo non datur actio principaliter, sed excipiendo in modum defensionis ex obliquo datur minus principaliter.*

37. *Exceptio rei iudicatae obstat, quoties inter easdem partes, eadem quaestio vel alio genere iudicij tractatur, vel alio modo agendi ventiletur.*

38. *Eodem gladio vtrum quis illatam violentiam diuerso respectu valeat propulsare?*

39. *Argumentum à simili est debilissimum.*

40. *AEquiparatio non fit per modum regulae in casibus quibus non reperitur aequiparatio in indiuiduo à lege facta.*

41. *Factum vnum & idem non praestat poenam & praemium.*

42. *Reconuenire actorem ex eodem delicto reus non potest, sed per defensionis modum & responsionem ad libellum.*

43. *Probationes in vetito examine per confessionem sponte factae indicium faciunt ad torturam.*

44. *Confessio coram iudice incompetente facta licèt regulariter non obtineat, quò ad condemnandum, sed tamen quò ad torturam sufficit.*

45. *Confessio vt valeat ac confitenti praeiudicet quae requirantur ad hoc remissiuè.*

46. *Paria sunt nullo modo esse & inualidum esse.*

47. *Inualida non existimantur in consideratione.*

48. *Confessio inualida sub statuto mentionem confessionis faciente non comprehenditur.*

49. *Delictum hoc ipso quod non probetur, innocentia constare videtur.*

50. *Innocentibus iura ita fauent, quod quilibet ad probandam accusati etiam ignorantis innocentiam admittatur.*

Dein-

51. De innocentia rei si constet eius confeßio, quã occasione delicti fecit, tollitur.
52. Innocentiæ argumentum est voluntaria constitutio, vt si quis se hilari fronte sisteret.
53. Innocentia notoria si appareret non opus est superiorem consulere.
54. Innocens si casu infelici puniretur, non ideo is qui deliquit liberatus dicetur.
55. Actus omnes iudiciarij, in suo effectu concludere debent.
56. Probationes coram iudice incompetente factæ ob irritum processum non valent.
57. Iudex incompetens dicitur tribus ex causis.
58. Ob infamiam iudex suo munere fungi non potest.
59. Iudex excommunicatus à ciuilib. actib. excluditur.
60. Iudex incompetens dicitur, ratione conditionis & naturæ, vt si fuerit mutus vel surdus.
61. Iudex est etiam incompetens ob qualitatem actoris vel rei, veluti si sint diuersi fori.
62. Reus si duplicem aut triplicem habuerit forum in potestate est actoris reum coram quo voluerit iudice conuenire.
63. Scholaris linquitur arbitrio coram quo iudice velit conueniri.
64. Iudex incompetens qualitercunq;, procedat partem grauare intelligitur, secus tamen si iurisdictio fuerit prorogabilis, nu. 65.
66. Iurisdictionis prorogatio per confeßionem facta videtur.
67. Prorogatio in iudicio inquisitionis non habet locum.
68. Inquisitio quando in criminalib. procedat remißiuè.
69. Iudicis linquitur arbitrio, si is qui probat tertium debeat expectare.
70. Dilatio probatoria in ciuilibus est peremptoria, tamen secunda, tertia & quarta conceditur dilatio vbi in Camera de iusto apparuerit impedimento.
71. Probationum facultas non est coangustanda ne causarum veritas occultetur.
72. Prorogatio dilationis non admittitur.
73. Prorogationis remedium extra ordinarium dicitur.
74. Cameræ Imperalis aduocatis & Procuratoribus 13. Decemb. An. 93. per decretum fuit iniunctum, ne dilationis prorogationem petant, sed impedimentum, quò minus probatio intra præstitutæ dilationis terminum commodè potuerit expediri sigillatim & specificè doceant.
75. Probatio valet si pars aduersa contra eam non opponat.
76. Post conclusionem in causa instrumenta amplius vetantur produci.
77. Probare prohibitus non vetatur probationem suam declarare.
78. Ex declaratione nouum fieri non dicitur.

80. *Instrumenta nouiter reperta vsq; ad sententiæ calculum produci possunt, quod autem de nouo sint reperta iuramento probatur, nu.* 80.

81. *Probationes iuridicæ, aut iuris postquã in causa conclusum produci possunt.*

82. *Leges & iura semper allegari possunt, sed noua dilatio ad eiusmodi allegationes non conceditur.*

83. *Substantiale alicuius rei illud est, sine quo res illa consistere non potest.*

84. *Sententia sine suo substantiali processu non subsistit.*

85. *Substantia dicitur natura ineuitabilis & necessaria.*

86. *Substantia quod caret, etiam accidentalibus vt careat necessum est.*

87. *Actio si non competat reus diffinitiuè absoluetur.*

88. *Sine actione experiri nemo potest.*

89. *Agens sine actione ex officio repelletur.*

90. *Lex vbi non distinguit, nec vlterius nos distinguere oportet.*

91. *Actionem ipso iure quis non habeat, nihil interest, an ea per exceptionem infirmari possit, & ex qualitate exceptionis regulariter quæuis dispositio solet declarari.*

92. *Exceptionem competere, si ex actis appareat, iudex supplere potest. Item ex naturali æquitate exceptiones proficiscuntur.*

93. *Exceptionis opè an quis liberatus censeatur, vel ipso iure, non est modica differentia.*

94. *Actio an sublata sit ipso iure, vel ope exceptionis magnus huiusmodi rei effectus est, qui etiam determinatur.*

95. *Indiuiduum apud dialecticos, in legali studio dicitur esse species. Quinimò, final. glossa in leg. si eum tibi* C. *de iudicijs ex causa partis (vt sic dicamus speciei) magno celebrator encomio. Iemq; à genere ad speciem affirmatiuè per motum consequentiæ argumentum non rectè ducitur, sed quidem ab vno indiuiduo seu singulari benè ad aliud singulare proceditur, fœcundo eorum argumento quod vno testiculo nati militiam iure exercebunt, vbi etiam subditur, quòd fictio iuris ciuilis ex vtilitate populi soleat induci.*

96. *Aduocati iuniores quandoq; litium confusores dicuntur, attamen, à cane non magno sæpè tenetur aper.*

97. *Spoliare non dicitur qui iuris sui conseruandi causa quid gerit.*

98. *Spoliator à tertio possidens non debet molestari.*

99. *Vi ingrediens censetur spoliare.*

100. *Spoliatio arguitur ex eo, si pars deneget possessionem restituere, vel ad possessionem non admittere venientem.*

101. *Retentioni non magis fauendum quam recuperatoriæ acquisitioni.*

Possessione

102\. *Possessione sua qui prohibetur uti contra omnes qui prohibent vel turbant iniuriarum competit actio.*

103\. *Iuri suo praeiudicare nemo tenetur.*

104\. *Ad Possessionem is non recipitur cui nullum ius competit.*

105\. *Citari is non debet, si notorium fuerit ei ullum ius non competere.*

106\. *Actus contra eum gestus cui non competit defensio valet sine citatione.*

107\. *Aduersus eum qui non spoliat interdictum vnde vi minimè competit.*

108\. *Vim committere intelligitur qui venientem non admisit.*

109\. *Spoliatus quòd ante omnia restitui debeat, id ob improbitatem per vim ingredientis contingit.*

110\. *Absolutoria sententia est interlocutoria, licet quandoq; attenta eius ratione sit diffinitiua.*

111\. *Absolutoria sententia secum trahit executionem, iubetq; alteram partem in possessione defendi.*

112\. *Absolutoria sententia dicitur interlocutoria, si iterum facultas agendi supersit.*

113\. *Absolutoria sententia quandoque est peremptoria, & habet vim interlocutoriae.*

114\. *Interlocutoria potest reuocari in ordinario possessorio si de contrario appareat.*

115\. *Criminalis causa praefertur ciuili, fallit si ad diuersa tendant, nu. 116.*

117\. *Criminalis causa si principaliter & ciuilis minus principaliter proponantur tunc simul intentari poterunt.*

118\. *Argumentum à ciuilibus ad criminalia valet.*

119\. *Exceptio litis pendentis est dilatoria non autem peremptoria.*

120\. *Litis pendentia per solam executam citationem inducitur, pleriq; tamen volunt per litis contestationem induci, nu. 121.*

122\. *Exceptio dilatoria nouiter nota post lit. contest. obijci potest.*

123\. *Exceptio dilatoria non totum abrumpit, sed differt actionis examen.*

124\. *Exceptiones dilatoriae in triplici habentur differentia quaedam iudicis personam, quaedam litigatoris ac quaedam respiciunt ipsam causam.*

125\. *Exceptio iudicis personam concernens dicitur fori declinatoria seu incompetentiae.*

126\. *Iurisdictione iudicis semel prorogata amplius recusari non debet.*

127\. *Exceptio litigatoris personam respiciens dicitur qualibet legitimationis personae exceptio.*

128\. *Exceptiones quae ad merita causae spectant, sunt, inepti vel obscuri libelli, item malè agis.*

129. *Exceptio dilatoria si ante lit. contest. opponatur Reus interlocutorie ab observatione iudicij, si verò post lit. contest. absoluetur diffinitiuè.*

130. *Exceptio intentionis & facti, veluti, si quis sine actione experiatur, vim dilatoriæ habet.*

131. *Exceptio intentionis si non fuerit opposita, Iudex sine actione agentem ex officio repellere potest.*

132. *Iudex secundum naturam & finalem exceptionis effectum pronunciare debet.*

133. *in Exceptionibus prædictis iudex vltra tempus limitatū supplere non potest.*

134. *Exceptio quæ cum actione nascitur, si non opponatur à parte per iudicem supplebitur.*

135. *Exceptio in quacunq; materia, si ab aduersario admittatur, vel à contradictione minus appelletur operatur suum effectum ac aduersario præiudicat.*

136. *In dubio reus est potioris conditionis.*

137. *Prælationi in dubijs & paribus datur locus.*

138. *Reus etiamsi de ipsius non iure constet, nihil ominus per obiectiuam exceptionem potest vitiosum actoris ingressum excludere.*

139. *Reo sufficit quod per non ius actoris vincat, quàmuis etiam de non suo iure constet, & sic per indirectum validitatem iuris sui includit & per hoc sibi prouidebitur, num.* 140.

141. *Dubietate pendente reus est potioris conditionis & pro eo interloquendum non definiendum, num.* 142.

143. *Sententia aliqua vtrum sit interlocutoria vel diffinitiua multiplicem habet effectum.*

144. *Sententia diffinitiua est, quæ negocium & principalem causam diffinit.*

145. *Sententia interlocutoria dicitur, quæ super incidenti & emergenti fertur.*

146. *Sententia diffinitiua super certo & liquido cadit.*

147. *Sententia diffinitiua dicitur mera, quæ nullam interlocutoriæ habet mixturam.*

148. *Sententiæ diffinitiuæ est effectus vt mandetur executioni.*

149. *In actu quod est, id principaliter operatur.*

150. *Principali ex causa quid actum esse præsumitur.*

151. *Sequentes actus regulantur secundum præcedentia.*

152. *In regula iuris ciuilis non est quod pendet.*

153. *Regula si in aliquo sit vitiata perdit officium.*

154. *de Exceptionis natura est, vt procedat de corpore primæuæ dispositionis, & probet eius contrarium.*

Regulam

155. Regulam ab omni exceptione ſemotam pro ſe habens, is fundatam intentionem dicitur habere.
156. Aduocati regulæ adhærere debent, ſicut Bononienſes carocio.
157. Regulæ iuris tenaciter obſeruandæ donec in contrarium ſpecialis diſpoſitio appareat.
158. Regulam iuris ſpecialem alleganti probatio incumbit.
159. Paciſci licet de omnibus rebus priuatis.
160. Contractus ex conuentione legem accipiunt.
161. Bona aduentitia, an per patrem alienari poſſint & dicitur ſine iudiciali decreto & curatore à magiſtratu confirmato non rectè alienari vt num. 162. adeò vt nec in integrum reſtitutio, ad retractandam alienationem ſit neceſſaria, nu. 163. quia contractus eiuſmodi ſine decreto initi ipſo iure non valent. nu. 164. Nam patri in eiuſmodi aduentitijs nihil iuris excepto ſolo vſu fructu adquiritur, vt nu. 165. & quod ſtipulatio legis obligationes gignere ſoleat, ibidem diſſeritur.
166. Quæ contra leges, principum placita & contra bonos mores fiunt non valent, & contrafaciens in mala fide dicitur.
167. Fauori ſuo quilibet renunciari poteſt.
168. Renunciationi per contrarium pactum minimè præiudicatur, ſi diſpoſitio priuatam paciſcentium vtilitatem non reſpiciat. Et quòd regulæ probibitiuæ neutiquam renunciari queat.
169. Litis pendentia facit ratione futurorum, vt cauſa non poſſit diffiniri, ſed procedendum non eſſe pronunciari debet.
170. Sententia omnis quæ ſolum reſpicit proceſſum dicitur interlocutoria.
171. Rationes viuas natura declinare non poteſt.
172. Lex varios habens intellectus ad cauſarum deciſionem non poteſt allegari.
173. Ratio tanquàm legis anima ſemper obſeruanda.
174. Rationem omnium quæ à maioribus tradita ſunt, nimis anxiè indagare non debemus, ne ea, quæ certa ſunt euertantur.
175. Praxis genuina vera legum intellectrix eſſe adfirmatur.
176. À Practica antiqua non eſt recedendum.
177. Leges in ſchola diglutiuntur in Palacio digeruntur.
178. Theoricus vbi definit ibi practicus incipit.
179. Cauilloſi dicuntur qui leges diſcunt & decretales, ita practica Ferrarienſis babet.
180. Ciceronem & Senecam qui diſcunt, homines ſunt virtuoſi, ſed qui diſcunt medicinam, homines ſunt gratioſi, nu. 181.

Lancellot. in tract. de attentat. cap. 4. nu. 63. part. 2. Notauit in rescriptis ad lites sub reptionem * regulariter non 4.
vitiare nisi à parte opponatur Canonist. præsertim Felin. in d. c. cæterùm nu. 24. de rescript. post Innoc. Compostel. Ant. de Butr. Cardinal. Imol. Dominic. & Panor. ibidem. Hoc præcipuè obtinet, quod. rescriptum non respicit decisionem litis statim faciendam, sed ad præparatoria * & processum duntaxat ordinandum pertinet ita 5.
pulchrè distinguendo tradit Bald. in l. 1. in fin. C. de colluss. detegen. quem sequitur Iason in l. 2. C. si contra ius vel vtilitatem publi. Roman. cons. 330. incip. circa primum nù. 4. vnde postquã eiusmodi subreptionis vel exceptio opposita fuerit tunc rescripta de iure saltem ciuili incipiunt nullum habere effectum l. etsi legibus C. si contra ius vel vtil. publ. Mendax precator carere debet impetratis l. si quis obrepserit ad leg. Cornel. de fals. cum similib.

ITem certum est, quod * qui adit diuersos iu- 6.
dices in eadem causa, vocat reum ad vetitum examen, vt l. 1. in fin. C. de assert. tollend.

Additio. 50. Quæritur quod si iudex * superior 7.
causam ad se auocaret nunquid videretur priori iudici & partibus inhibere? Scribunt quod sic. Innoc. & Ant. in c. cùm. M. Ferrarien. de constitut. tradit etiam Socin. cons. 39 incip. capio primũ nu. 24. lib. 4. ex quo prioris iudicis * gesta post auocationem causæ per superiorem 8.
ad se factam, intelliguntur nulla & prorsus attentata, c. vt nostrum de appellat. & c. pastoralis de offic. deleg. quia superior quando adponit manus, * inferior non potest 9.
se intromittere, per ea quæ respondit Ioan. Neuizanus cons. 44. nu. 10. incip. conditoris. Sed ista intelligenda sunt quò ad ipsas partes litigantes non * autem quò ad 10.
tertiam

tertiũ, ita declarat Innoc. d.c. cùm M. Ferrarien. de constitut. qua in re vel quosq; leguleos perniciosè versatos fu-
11. isse, cognitum probè mihi habeo, ex quo * melius foret eos circa iuris practicam magis Sagaciter egisse, arg. l. in ciuilem C. de furt. & ser. corrup.

CVm solus iudex primò aditus ipse habeat
12. cognoscere * & non alius, ne causa continentia diuidatur, vt l. nulli C. de iudic. quæ dicitur diuidi quotiescunq; id, quod in vno eodemq; iudicio poterat terminari apud diuersos iudices ventilatur, vt dicit text. formaliter in præalleg. l. nulli.

13. ADDITIO. 51. Causæ diuisionem * esse pœnalem disposuit Imper. Constantin. in d. l. nulli, sed pœnam non declarauit. Hinc Iason. ibid. nu. 2. & seq. scripsit iudicis arbitrio relinqui, vbi quoq; Bald. noster sub fin. vi-
14. deatur, vnde is qui duos * iudices super causa possessionis & proprietatis adierit, arbitrio iudicis punitur, vt scribentes in d. l. nulli tradunt, nam vnum continens ab eodem iudice terminandum est. ita probat. text. in l. ordinarij C. de rei vendic. Menoch. more suo solito conspicuè & doctè scripsit de arbitr. Iud. lib. 2. Cent. 4. casu. 371. Quò
15. loci ex Ias. & alijs subjicit pœnam diuisionis * causæ multis casibus non obtinere: eorum paucos & quidem præcipuos hîc lubet commemorare. Primus itaq; sit, quando tempore diuisionis de continentia nihil fuerit oppositũ Felin. in c. vlt. nu. 8. de iudic. Afflict. decis. Neapol. 154. nu. 2. Secundus esto, quod ob fori diuersitatẽ causæ connexitas diuidi possit Ias. in d. l. nulli nu. 6. vers. 2. Secundò limita. & Aym. Crauet. cons. 258. nu. 7. cui tamẽ in Camera Imperali, de qua paulò pôst, alia ratione obuiam itur.
Tertius

Tertius est casus quod in odium contumacis rei causæ diuidatur continentia, & sic perditur beneficium d. l. nulli, Ias. ibid. d. nu. 6. vers. tertiò notabiliter limita. Vltimus hoc loco sit casus. Quod causæ continentia in executiuis patiatur diuisionem. Idem Ias. in d. l. nulli nu. 8. C. de iudic. Plures casus vid. apud Menoch. d. casu. 371. circa finem. Quantum igitur ad fori diuersitatem (cuius paulò antè in secundo casu meminimus) attinet. In Camera ita obseruari adnotauit Minsing. obser. 4. cent. 1.
nimirum sicubi omnes rei * qui sunt diuersis subiecti iurisdictionibus, ac diuersos habeant iudices, benè propter indiuisibilem causam coram vno eodemq; iudice ipsorum omnium superiore conueniri possunt d. l. nulli, & c. 2. de caus. poss. & propr. Vbi Dd. Bart. in l. omnes C. arbitr. tutel. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur sicq; in Camera obseruatum fuisse. Item Minsing. d. obser. 4. nu. 3. & seq. cent. 1. aliquot enarrat præiudicia, vltra eum addatur Gail. obser. 1. nu. 22. lib. 1. 16.

IN dolo enim est, * qui quod coram vno iudice potest ac debet proponere, coram diuersis intendat l. de rebus in fin. ff. de arbitr. & per Cynum in l. licèt C. de iudic. 17.

ADDITIO. 52. Ea quæ fiunt * vel contra præceptũ iudicis, vel lite pendente contra legis prohibitionem (de qua tot. tit. vt lit. pend. nil innouandum) dolum arguere videntur secund. August. Beroum cons. 120. nu. 33. lib. 1. incip. concludo Paris. cons. 138. nu. 28. vol. 4. incip. dico in causa. 18.

IN themate nostro causa spoliationis pertinebat, ad iudicis primò aditi notionem, vt

 proba-

probabo, ergo conclusio vera. Minorem pro-
19. bo, certum est quod * in interdicto vbi possidetis is vincit, qui tempore litis contestatę possidebat §. hodie Instit. de interd.

Additio. 53. Nam qui iuterdicto retinendæ possessiouis agit, babet necesse vt probet, quòd etiam eo tem-
20. pore quo turbaretur & lis contestaretur, possederit * rem in qua se tnrbatum prætendit Minsing. in §. sed interdicto nu. 2. Instit. de interd. Idq; si fuerit probatum, tunc
21. possessor * in quieta possessione manuteneri debet l. siue possidetis C. de probat. l. res alienas C. de rei vendic. Ad hoc pertinet si quis tempore litis contestationis iniustè
22. possidere * per me inuentus fuerit àn eum expellere queam? respondetur quod non, præsertim si in possessorio extraordinario litis ordinandæ gratia versemur manuteneri debebit iux. Innoc. in c. cùm venissent, de constitut. Paul. de castro. cons. 3. vol. 2. & in l. Attilius regulus in fine de donat. Decius in c. cùm teneamur in 4. notab. de Appellat. Cephal. cons. 19. incip. resignatio num. 5. in fin. lib. 1.

VNde licèt reus lite contest. compellat actorem, tamen actor vincit, ne factum rei sibi noceat, sicut dicimus vbicunque lite contestata
23. actor dolo rei * destitit habere ius intentatum, quia lex fingit idem ius durare l. siue manifestus §. iam diu ff. de cond. furt. l. 1. per Cyn. C de alien. Iudic.

24. Additio. 54. Etsi fictio * nou cadit super his quę meri sunt facti l. in bello §. factæ ff. de cap. & postl. & quòd facere

facere nequeat, vt facta pro infectis habeantur l. deniq; 25.
ff. ex quib. caus. maior. Sed tamen locum habet fictio etiam in his quæ habentur l. retro & l. in omnibus ff. de capt. & postl. Vbi itaq; inuenitur legem * non fingere 26.
super his, quæ facti sunt ibi cessat æquitas ex qua inducta est fictio. l. postliminium ff. de capt. & postl. & d. l. denique §. factæ ff. ex quib. caus. maior. aut ex defectu extremorum l. cùm hæredes §. 1. ff. de acq. poss. & declarat Bart. l. si quis pro emptore ff. de vsucap. in primis trib. oppositionibus Cagnol. in l. verum est neq; stipulationes sub fin. ff. de reg. iur. vbi multa quæq, scitu non indigna congessit. Quòd autem fictio iuris ciuilis ex vtilitate populi inducatur, vid. Infrà Addit. 65. nu. 95. sub fin.

ET quia factum innouatum * lite pendente 27.
officio iudicis reformari debet in primæuum statum l. chyrographis §. fin. ff. de admi. tutor. & l. si constiterit C. fin. regund. Si igitur officio iudicis primò aditi hoc eueniebat dirimēdum. Ergo secundi iudicis non processit, & actor tanquam reus trahens in vetitum examen, est in amissione causæ puniendus:

ADDITIO. 55. Ista dictio * innouare, habet multas 28.
significationes, quæ liquent apud Robertum Lancellottum, in d. tract. de attentatis in præfat. nu. 8. cum sequentibus. Sed in hisce nostris terminis possessorijs, pro eo, quod fit lite pendente in contemptum iudicis & præiudicium partis accipitur. tot. tit. C. extrà & in clem. vt lit. pend. Ex quo etiam * ipsa naturalis suadet ratio, quod 29.
lite pendente nihil debeat innouari Canonist. in c. 1. vt lit. pend. nimirum vt innouationes super re, de qua con-

trouertitur lite pendente inhibeantur secundum prædicta iura. Hoc tamen adiecto, vt qui dicit aliquid dolosum aut illicitum fuisse attentatum, id tanquam intentio-
30. nis * suæ fundamentum tenetur probare gl. magist. in c. non solum circa medium vers. dic tamen, de appel. in 6. per not. in c. ex literis de iure patron. Aug. Berous cons. 128. incip. cùm Alfonsus nu. 9. vol. 3. Verùm id neutiquam omittendum est. In præiudicium nouæ possessionis innouari aliquid posse, Ioan. de Imol. in c. laudabilem, vt lit. pend. per text. in c. tenor de re iud. adeò vt si quis reuera in possessione minus esse appareat, nisi
31. in recetenti, talis prætextu * continuationis eiusmodi nouæ aut recentis possessionis ab attentatis non excusaretur Berous cons. 110. incip. an à sententia in fin. nu. 39. & 40. lib. 3. Quem sequitur Robert. Lancel. de attent. cap. 4. tit. lite pendent. num. 87.

32. SEcundò sic arguitur: Probationes in * vetito examine non valent, etiamsi fiant per confessionem c. at si clerici, de iudic.

ADDITIO. 56. Similis est text. in l. fin. C. si à non compet. iud. vbi Imper. disponit ne quenquam litigatorum sententia à non suo iudice dicta constringat. Hoc tamen ita accipiendum esse arbitror. Nisi ex hoc multum cuiuspiam grauata sit opinio per c. testimonium de testib. & c. cùm desideres §. 1. de sent. excom. vbi quis
33. proter infamiam * debet se purgare. Sin verò se purgare non queat, conuictus quasi punietur c. cùm P. de purg. canon. c. insinuatum de Simon. Quandoquidem verò text. in d. c. at si clerici Ecclesiasticas præsupponat personas, ex quo gl. ibid. verb. non tenet quæstionem moueat eamq; decidat, veluti, si clericus * conueniat laicum
34. coram seculari iudice, & ille laicus reconueniat clericum

ciuili

ciuiliter de crimine, si ferat sententiam contra clericum bene tenet, quia suus iudex est per reconuentionem c. 1. & 2. de mutuis petit, & l. cùm Papinianus C. de sent. & interl. om. iud. Auth. & consequenter C. illo tit. Criminaliter verò ipsum reconuenire non potest coram iudice seculari XI. quæst. 1. c. 1. & 2. Quia * in crimine non admittitur reconuentio, c. neganda 3. quæst. XI. cùm non 35.
relatione criminum, sed innocentia Reus purgatur l. is qui ff. de publ. Iud.

ADDITIO. 57. Interea sub nube quęritur, quid iuris in casu, qui mihi nuper in facto, (illud quippe litigiũ adhuc sub iudice insignis alicuius Reipub. pendet in decisũ) occasione con & recõuentionis proponebatur. Cuiusmodi series paucis ita signari potest. Quidã super iniurijs conuent⁹, aduersus iniuriatũ instituit recõuentionis actionẽ, & non ita longè pôst, eandem substantiam quæ in ipsa reconuentione capitulata erat in suis deuensionibus ad perimendã conuentionis actionem proposuit, arbitrans vnam eandemq; substantiam (de rebus diuersis nullum prorsus dubium suboritur) tàm ad reconuentionis actionem quàm conuentionis defensionem ei pariter de seruire oportere. Quæ sanè opinio nunquam mihi alijsq; haud infimæ notæ iurisperitis, visa fuit iuridica, per text. c. cùm inter priorem in fi. de except. ibi. Cæterum non sic in reconuentione sentimuis, ne, quod in defensionis remedium sustinetur ad impugnationis beneficium extendatur, quò spectat doctrina Zasij in §. æquè num. 32. Instit. de action: nimirum quòd actio * principalis, per reconuentionem reco non detur. Sed ex obliquo minus 36.
principaliter excipiendo in modum defensionis. Ad hoc conducit text. in l. si quis cùm totum §. & generaliter ff. de except. rei iud. Vbi disponitur exceptionem * rei iudicatæ obstare, quoties inter easdem partes quæstio ea- 37.
dem tractatur vel alio genere iudicij. Huc confert decisio

Innocent. in c. fin. de ordin. cognit. quæ sic habet, si vtrobiq; ad idem agatur, & eandem quæstionem alio modo agendi repetat, hoc non licere per text. in l. Iulianus & l. eadem re ff. de except. rei iud. & Latius idem Innoc. scripsit ex quo quis contrariam sententiam in exceptione reportauit, non audietur agens, obstante sententia rei iuidicatæ d. l. si quis cùm totum §. & generaliter ff. de except. rei iudic. In contrarium verò Reus conuentus, ad fundandam suam reconuentionem, simul ac in negocio conuentionis defensionem, nihil ex iure aliud citauit quàm text. l. in numerationibus 44. ff. de solutionib. vnde infert iniuria, qua reus ab aduersario affectus & prouocatus est, præstat ipsi causam absolutionis ab ipsa conuentione & vicissim aduersam partem per viam reconuentionis ad satisfactionem obligat. Vbi iam mentem d. l. in numerationibus rectè expendamus, nihil quidquam de con vel reconuentionis materia dispositum reperiemus, siquidem disponit. Quòd hæres de tanta pecunia sibi restituenda finito vsufructu obligat legatariū per. l. cùm is §. 1. ff. de condict. in deb. & gl. in l. qui hominem 34. §. fin. ff. de solution. in verb. liberabitur. Præterea quoq; pro stabiliendis ipsius rei conuenti ineptijs, in ridiculosam adducebatur similitudinem, videli-
38. cet vt quis eodem gladio diuerso respectu * violentiam illatam propulset. Quid (inquam) contra disertos supra citatos iuris vtriusq; text. in hac con & reconuentionis materia decidentes, à tanto iuris vindice absurdius vn-
39. quā allegari posset. Cùm probatio * quæ fit à simili omniū rerum sit debilissima per text. in §. si verò nullus Auth.
40. de Instrum. caute. & fide. coll. 6. Nam * æquiparatio non fit per modum regulæ, ideo ab ea arguere non licet in casibus, quibus non reperitur æquiparatio in indiuiduo à lege facta, gl in l. omnes dies. ver. apostolicæ C de ferijs Parisius egregiam dat rationem in cons. 49 nu 86 & seq. vol. 3. Si quis dixerit secus, is legum correctionem induce-

cere

cere velle iudicaretur contra Auth. quas actiones C. de sacros. Eccles. Ideoq; pro lite ista dirimenda non inconcinnè facit textus in l. siue hæreditaria ff. de neg. gest. eò loci eleganter probatnr. Quod factum * vnum & idem 41. non præstet pœnam & præmium. Ad hoc euidenter faciunt quæ scripsit Gail. cap. 12. nu. 4. lib. 1. de pac. publ. in hæc verba, aut vult accusatus ex eodem delicto actorem reconuenire, putà quod actor prior eum prouocauerit aut damnum vi armata dederit. Et hoc fieri debet non per modum * reconuentionis sed defensionis per respon- 42. sionem ad libellum articulatum, vel per defensionales iuxta text. in c. feries, de Testib. & in l. siquidem C. de except. ad quos actor respondere tenetur l. in exceptionib. ff. de probat.

Licèt faciant, si spontè sunt * factæ, indici- 43. um ad torturam, c. per inquisitionem, de elect. Innoc. ibid. Sed si per tormenta nec valent nec faciunt indicium arg. l. Diuus Pius ff. de custod. reorum.

Additio. 58. Quàmuis confessio coram iudice incompetente facta * regulariter non valeat, hoc obtinet 44. quò ad condemnandum, sed quò ad torturam sufficit l. ictus fustium ff. de in famib. Ideoq; licèt reuocetur confessio coram incompetente facta, remanet indicium ad torturam, eò pertinet doctrina Bald. nostri in l. bonæ fidei col. 2. vers. item quæro de confessione C. de reb. credit. quò facit egregius tex. in Auth. apud eloquentissimū. Ibi, vt si res exigat tormentis subijciatur C. de fid. instrum. ent. Ias. in l. magistratib. ff. de Iurisd. om. iud. vbi col. 2. dicit confessionē non valere si fieret coram notario maleficij, vel coram iudice non informa iudicij, adeò etiam

vt

vt si coram iudice competente die feriata facta fuisset nõ valeret Abb. in c. fin. col. 3. de restit spoliat. Idem in suprà citato c. at si clerici in 2. notab. de Iudic. Quæ autem
45. requirantur * ad confessionem vt præiudicent confitenti vid. gl. mag. c. fin. in verb. confessus, extra de confess. vbi multa enarrantur memoratu digna.

SI ergo probationes sunt ipso iure nullæ, ergo nihil est probatum contra eum. Nam. ista
46. sunt * paria nullo modo esse, & inualidum esse l. si veritas C. de fidei com. l. quoties ff. qui satisd. cog. l. qui accusare C. de edendo.

ADDITIO. 59. Inualida confessio de iure nullum
47. prorsus operatur effectum, cùm inualida * non exstimentur in consideratione l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. l. non putauit §. non quæuis ff. de contratabul. l. scire
48. oportet §. sufficit ff. de excus. tut. Nec inualida * confessio comprehenditur sub statuto faciente mentionem de confessione Hipp. de Marsil. cons. 39. nu. 42. post Bald. ibi per eum citatum refert. Roland. à valle cons. 13. num. 11. vol. 1. incip. viso processu Alex. in l. inter stipulantem §. 1. circa fin. vbi Ias. nu. 2. ff. de verb. oblig.

NAM ille contra quem non probatur delictum debet innocens iudicari l. pen. de calum.
49. In delictis * enim, hoc ipso quod non probatur delictum, videtur constare de innocentia quod est notandum.

50. ADDITIO. 60. Sciendum est iura * innocentib. adeo fauere, quòd quilibet ad probandam innocentiam accusati etiam absentis & ignorantis admittatur Hippol. de Marsil.

Marsil. in l. vnius §. cogniturum col. XI. ff. de quæstionib. Et si constet de innocentia * rei tollitur eius confessio quam occasione delicti fecit Cyn. in l. 2. C. quor. appellat. non admitt. Hyppol. de Marsil. in l. 1. §. fin. col. 17. ff. de quæstion. Accedat quòd si quis vltrò se hilari fronte obtulerit, nihil sinistri cogitans, quia innocens erat, atq; illicò detentus fuit, talis enim * voluntaria constitutio præstat argumentum innocentiæ. Veron. cons. 31. quem alleg. Bossius in tract. criminal. tit. de mand. ad homicid. num. 26. Si etiam * innocentia appareret notoria, non opus est cousulere superiorem, quia condemnatus fuit pro Titio occiso, & constat eum viuere per c. 2. de purg. vulgar. & l. inde Neratius §. fin. ad leg. Aquil. Felin. in c. consanguinei col. fin. de re iudic. Casu etiam quo * innocens puniretur, non ideo is qui deliquit liberatus intelligitur l. seruum ff. de interrog. act. Bald. ibid. Angel. in l. quoties §. fin. ff. solut. matrim. Abb. in c. pen. in 7. quæst. de re iudic. Decius in hanc sententiam plura congessit sub fin. in l. etsi nihil ff. de reg. iur.

51. 52. 53. 54.

TERtiò arguitur sic, illæ probationes non sunt probationes, quæ impertinenter sunt factæ, quia sunt ineptę & non concludentes ad propositum. Cùm tamen * omnis actus iudicij debeat concludere in suo effectu. Item quia in eo super quo factæ sunt, non pendet iudiciũ, ergo sunt factæ ordine iudicij prætermisso, & sic lite non contestata, ergo non valent l. si duo §. si quis ff. de iureiurand. l. si quis libertatis §. fin. ff. de petit. hæredit. Aut coram * in- 55. 56.

 compe-

competenti iudice sunt factæ, quia nec ibi potest dici lis contestata, & quia totus processus est irritus.

ADDITIO. 61. Tribus potissimùm ex causis * Iudex
57. incompetens dicitur. Primò ratione alicuius vitij vel defectus consistentis in ipso iudice videlicet propter infamiam, * non potest iudicis fungi munere vt in l. 1. & 2.
58. gl. ibid. C. de dignit. lib. 12. & in l. 1. C. de infamib. lib. 10. & l. liberti ff. de offic. adsess. Item in excommunicato * quia à ciuilib. actib. excluditur, ideò non potest esse
59. iudex c. pia de excess. lib. 6. & in c. licèt in fin. de sent. ex com. eod. lib. 6. Secundò ratione * conditionis & na-
60. turæ, vt in muto & surdo natura & cœco, furioso, pupillo, fœmina & seruo, qui iudices non possunt esse, vt not. per illum text. in l. cùm prætor in fin. & l. cœcus ff. de Iudic. Item in minore 18. annis vt l. quidam consulebat ff. de re Iud. Tertiò ratione alicuius * qualitatis personæ
61. actoris vel rei, vt potè si actor & reus sint diuersi fori. Nam actor agens in suo foro repelli potest ab ipso reo, vt in l. iuris ordinem & l. in criminali C. de iurisd. om. iudic. & in l. vlt. ff. illo tit. Idem tenendum si actor sit laicus & reus clericus, vt in c. si diligenti de foro compet. vel ècontra. nam clericus debet laicum conuenire coram seculari iudice, vt in c. si clericus laicum d. tit. de for. compet. Quid
62. autem statuendum in casu quo reus habet * vel duplicem aut triplicem forum. Idq; bene contingere potest, vt not. per glos. in l. hæres absens in prin. ff. de iudic. nunquid erit in potestate actoris, reum coram quo voluerit iudice conuenire: & dicitur quod sic, d. l. hæres absens §. vlt. in fin. confert ad hoc l. 1. 2. & 3. in prin. ff. de eo quod cer. loc. Quæ tamen doctrina non obtinet in scholari studijs operam nauanti vt in Auth. habita C. ne fil. pro patr.
63. ibid. not. In ipsius * namq; stat arbitrio vbi conueniatur.

tur. de hac materia vid. pract. Ferrarien. in forma de declinatione iurisdictionis. vers. nec fuisse iudicem, vbi multa longiusculè habentur congesta.

NAM iudex incompetens * qualitercunq; 64. procedat dicitur grauare partem, & non potest procedere nisi malè l. magister ver. præsertim C. de iurisd. om. Iudic. l. militaribus C. de decurion. lib. 10.

ADDITIO. 62. Hoc tamen non videtur * obtinere 65. quando iurisdictio esset prorogabilis Angel. in l. 1. C. de confess. Decius in sæpè d. c. at si clerici, de Iudic. Alex. in d. l. magistratibus col. 3. ff. de iurisd. om. iud. Sed Bald. tenet contrarium in l. criminis in fi. C. qui accus. non poss. eiusdem opinionis videtur esse Bart. in l. videtur ff. de iudic. Quicquid autem horum sit beneuolus lector sit remissus ad Decium d. c. at si cleri col. 3. num. 25. vbi hanc addit ratione, quòd * per confessionem prorogatio 66. iurisdictionis facta videatur, per ea quæ not. in l. 1. ff. de Iudic. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. comparuerunt dicti inquisiti, vers. Quæro an confessus. Quæ tamen ratio * inductæ prorogationis non haberet locum in iudicio 67. inquisitionis, in quo prorogatio fieri non potest, vt not. Bald. in l. 1. in fin. C. vbi de crim. agi oport. & in l. 1. vers. & aduerte C. de Sicarijs Nellus in tract. Bannit. in 2. part primi temporis quæst. 2. Quando autem * inquisitio 68. locum habeat in criminalibus vid. glos. in l. 1. §. si publico ff. de adult. & Hartman. obser. 12. tit. de accusat. lib. 2.

AVT in congruo ordine l. prolatam C. de sentent. & interl. l generaliter in prin. C. de reb.

 credit.

credit. & extrà, vt lit. non conteſt. per tot. aut poſt terminum peremptorium, datum ad probandum, nam & tunc ſunt nullæ arg. l. ſcire oportet §. conſequens ff. de excuſat. tutor. Ni-
69. ſi Iudex * ex cauſa probantem duxerit poſt tertium expectandum, quòd arbitrio iudicis relinquitur, & debet hoc declarari antequã labatur terminus arg. c. conſuluit de offic. deleg. l. cùm ſtipulatus ſum ff. de verb. oblig.

70. ADDITIO. 63. Etſi probatoria dilatio in ciuilibus ſit peremptoria, & niſi ſemel dari debeat text. in l. oratione & in l. fin. ff. de ferijs Bald. ibid. nu. 1. & in l. 1. C. de dilationib. Dd. in rubr. extrà, illo tit. Nihilominus tamen ſecunda & tertia imò quarta conceditur dilatio, ſi de iuſto impedimento in Camera Imperali conſtet. Cùm fa-
71. cultas * probationum non ſit coanguſtanda ſed amplianda ne cauſarum veritas occulteretur text. in l. quoniam in fi. C. de hæret. & in l. generaliter §. neceſſitate C. de reb. creditis & text. in c. quoniam frequenter §. 1. vt lite non
72. conteſt. gl. in c. 1. verb. octo dierum de except. Sed * eiuſmodi dilationis prorogatio neutiquam admittitur, nam materia dilationum eſt amputanda text. in l. 2. in prin. C. de tempor. appel. gloſ. in d. l. fin. ff. de ferijs: dicitur
73. enim id extraordinarium * prorogationis remedium tex. in l. cauſæ cognitione la. 2. ff. de minorib. Gail. pulchrè obſer. 91. nu. 2. & per totam, de probationum dilationibus perſtringit lib. 1. Quòd etiam 13. Decembris Anno
74. 1593. per publicum * Camerale decretum aduocatis & procuratoribus ſignificatum fuit, ne, vel primæ vel ſecundæ vel tertiæ dilationis petant prorogationem, nec etiam pro ſe-

pro secunda vel tertia dilatione probandi generalibus interpellant verbis, sed impedimentum, quo minus probatio intra terminum primæ dilationis oportunè perfici quiuerit, speciatim demonstrari necessum est. Quo circa animaduertendum, si per iudicem admissa fuerit probatio, quæ alioqui non erat concedenda. Et pars * diuersa 75.
ei non opposuerit, sed magis tacuerit, eam probationem valere: Docuit Bal. in l. certi condictio §. quoniam ff. si cert. pet. Alex. ibid. Salic. in l. fin. C. de non nu. pec. Postquàm verò in causa * conclusum est, instrumenta amplius 76.
produci vetantur, quam doctrinam nonnulli volunt obtinere, etiamsi documenta non ad probandum sed ad declarandum priores probationes exhiberentur Roman. in l. admonendi col. 6. de iureiuran. per c. auditis. de restit. in integr. Sed Minsing. obser. 56. nu. 5. Cent. 6. ex authoritate Felin. in c. cùm dilectus de fide instrument. meliùs censuit, quia & aliàs prohibitus * probare, non ve- 77.
tatur probationem à se factam declarare iuxta Domin. in procem. lib. 6. in prin. & c. si quis viduam dist. 34. Eiusdemq; mentis est Hartman. sub tit. de conclusione obser. 3. tenens contra Lud. Roman. quod post dilationem ad faciendum articulos in causa datam possint antiqui articuli declarari. Cùm * ex declaratione nouum fieri non 78.
dicatur de quo Felin. in c. licèt causam limit. 10. de probat. similiter etiam post conclusionem in causa possunt produci instrumenta de nouo reperta secundum Bart. doctrinam in d. l. admonendi, quam Iason ibid. in repetit. nu. 58. indistinctè veram scribit, eamq; alij plures sequuntur Rom. cons. 176. incip. istæ sunt responsiones nu. 12. vers. & primò potest iudex, quò loci respondit Instrumenta * nouiter reperta, vsq; ad sententiæ calculum 79.
produci posse Iaffred. decis. 23. vult. postquam partes ad audiendam sententiam fuerint citatę per Felin. c. pastoralis col. 6. de except. Quòd * autem de nouo sint reperta 80.

probatur iuramento iuxta Bart. d. l. admonendi. Illud
81. quoq; puto adijciendum, prædicta in probatione * facti non autem iuris procedere, quia post conclusionem in causa non intelligitur via probationibus iuris esse præclusa Bald. in Auth. iubemus col. fin. C. de Iudic. Sem-
82. per enim leges & iura allegari possunt * si modo ad eiusmodi allegationes noua dilatio non petatur l. cùm à nobis C. de dilat. Minsing. d. obser. 56. nu. 16. Cent. 6.

SED istæ probationes peccant in omnibus ijs, ideò peccant in substantia. Ergo, &c.

ADDITIO. 64. Regulare est quòd substantialis ordo à partibus aliquali modo omitti vel remitti non pos-
83. sit, dicitur enim illud * alicuius rei substantiale, sine quo res illa consistere non potest, sicut dicimus de pretio respectu emptionis l. pretia ff. de contrah. empt. iuncto §. pretium Instit. de empt. & vendit. Minsing. obser. 52.
84. nu. 5. cent. 4. Pari modo sententia sine suo processu * substantiali consistere non poterit, vt formaliter docet Bart. in d. l. prolatam col. 2. vers. dico quod illud, vbi quoque
85. Bald. col. 1. vers. item præmitto, tradit * quod substantia dicatur natura ineuitabilis & necessaria. Estq; id quo primum res aliquid est, vt declarat idem Bald. in l. etiam in prin. vers. Et quia quotidiè C. de except. rei iud. refert & tenet Vautius sub tit. de nullitat. sentent. ex defectu pro-
86. cessus nu. 9. Et quòd caret substantia * etiam accidentalibus vt careat necesse est. Ideoq; omnem dispositionem præsupponere substantiam actus respond. Calderin. cons. 27. col. 2. circa prin. Hartman. Pistor. eleganter quæst. 17 num. 5. per alleg. ibid.

QVartò sic, ex ista spoliatione facta lite pendente, nō oritur nouatio l. inficiando §. infans

ff. de

ff. de furt. l. eum qui §. in populatibus ff. de iureiurand. Nam cùm sufficiat interdictum vti possidetis. & officium iudicis vt suprà probaui, ergo non oritur interdictum vnde vi arg. l. in hæredem §. fin. ff. de Calumniat. l. licèt §. ea obligatio ff. de procurat. Si ergo actio non competit, * ideo reus debet diffinitiuè absol- 87.
ui l. quoties §. item si pro temporali ff. de adm. tut. l. cùm putarem ff. fam. ercisc. & quod not. in l. vbi pacta C. de transactionib. & l. eo tempore in prin. ff. de peculio.

ADDITIO. 65. Siquidem haud in cogniti est iuris neminem * sine actione experiri posse. l. si pupilli §. vi- 88.
deamus vbi gl. in verb. non habuerit ff. de neg. gest. & in l. si quid possessor §. illud planè ff. de pet. hæred. vnde magis est * vt iudex agentem sine actione ex officio repellat 89.
Felin. in c. ad aures nu. 3. de præscriptionibus. Quò circa omnium certissimus in causis forensibus iuris inuestigandi mod⁹ est, si ab actione competenti sumatur initiũ, sicq; procedatur ad exceptiones & ab his ad replicas, & lati⁹ ab eis ad duplicas, atq; deinceps, donec vlterior distinctio, quæ speciali iure consulciatur, & casui proposito sit innixa, minus fiat obuiam, per rationem quod vbi * lex 90.
non distinguit nec vlterius nos distinguere oportet. Nic. Vigel. in prin. suarum 20. disputationum eruditè ostendit ad hoc est text. in l. 3. Bart. ibid. nu. 3. ff. d. offic. præsid. vid Ias. in l. quamuis ff. de in ius vocand. vbi ea de re fusius differit: eò etiam non importunè videtur alludere text. in l. edita C. de edendo, quò loci dispicitur, editam actionem speciem futuræ litis demonstrare, id est in causis agen-

agendis limites competenti actioni à iure ad signatos neutiq; egrediendos esse. Quod tamen pleriq; ex causidicis rarissimè animaduertunt, qui vel actionem superuacuem instituunt, arg. eorum quæ adsignat Maranta, de ordin. iudic. part. 4. dist. 1. nu. 5. in simili facit, Emanuel Zoares in thesauro recept. sentent. sub lit. A. vers. 30. per rationem iurium ibidem adductorum: Ea quidem ratio meo arbitratu limitari posset secundum determinationem Theodori Petræi Westphali in centuria conclusionum Thes. 1. apud Marpurgen. Cattorum Academiam pulchrè disputata, vel etiam pleriq; inutilem prorsus intentant actionem, vt facilè per exceptionem queat elidi,
91. cùm nihil intersit ipso iure quis actionem * non habeat, an ea per exceptionem infirmetur vulg. l. nihil interest ff. de reg. iur. Ille namq; malè dicitur agere cui obstat exceptio l. verum ff. de compensationibus & quæ not. in l. Iulianus vbi Bart. col. 10. ff. de condict. in deb. per egreg. text. Dec. ibid. in l. non videtur cœpisse ff. de reg. iur. cuiusmodi rei potest colligi ratio ex regula iuris, quæ habet, cui damus actionem, ei competere exceptionem multò magis quis statuerit l. si maritus C. de donat in l. vir. & vxor & c. 1. de restit. spoliat. insigniter Hart. Pistor. quæst. 32. nu. 5. decidit ex qualitate exceptionis regulariter quamuis dispositionē solere declarari l. nam quod liquidæ ff. de penu. leg. l. Proculus Bal. not. ibid. ff. de vsufruct. cum similibus. Si igitur exceptio ex parte rei probetur, sententia pro reo debebit pronunciari iuxta c. cùm
92. super, de concess. præben. Maxime vbi ex actis * appareret exceptionem competere tali casu iudex supplere potest, licèt non teneatur, nisi petatur, Carol. Molinæus, in apostilla ad Decium in d. l. non cœpisse videtur, ex quo Dec. ibid. monet Aduocatum debere cautum esse, vt opponat exceptionem, quia si iudex non vellet supplere, non faciet litem suam per not. Angel. in l. si vnus § pactus ne pe-

ne peteret col.fin.ff. de pact.Specul. in tit. de offic. iudic. §. competit Dec. latè in c. ad hæc el. 3. de appellat. Quinimò exceptiones, quæ nisi specialiter sint declaratæ, alicuius regulę vel rei qua de agitur,generalitati nõ subijciuntur, ita Emanuel Zoares, in thesauro recept. sentent. verb. Exceptio in vers. 18. per alleg. ibid. & Hier. Cagnol. in l. 1. ff. de reg. Iur. nu. 32. firmat quod exceptio declaret regulam, vt intelligatur secundũ terminos exceptionis ex cuius qualitate datur intelligi de quo genere loquatur regula Felin. in c. quoniam frequenter in prin. vt lit. non contest. Imol. in l. filio præterito, ff. de iniusto rupt. in secundo responso, quem sequitur Corn. cons. 195. vol. 1. confert quoq; ad rem quod exceptiones proficiscantur ex naturali æquitate instit. de except. in prin. & l. 1. ff. de dol. mali & met. except: Idem ex defendendi æquitate procedit, & defensio nuncupatur l. siquidem & l. defensiones C. de except. c. cùm inter & c. significauit extrà eod. Etenim qui defensionis æquitate actionem infringere potest, doli quidem exceptione tutus est, ita Imper. Antonin. in l. 1. C. de iur. & fact. ig. Permitto tibi (rescripsit) si cœperis ex sententia conueniri, defensionibus tuis vti, hoc est, exceptionibus iuxta intellectum eruditi Ioan. Oldendorpij in per eleganti suo tractatu, de exceptionib. circa tit. de origine exceptionum sub. vers. Quid sit exceptio. Cæterùm paucis admonendi sumus non modicam esse differentiam, an quis ipso iure * censeatur liberatus vel ope exceptionis, quod declarat Angel. Aret. in §. omnis col. 2. Instit. de verb. oblig. Ideoq; is qui reperitur ipso iure obligatus, licèt exceptione se tueri valeat dicitur esse in damno, & ratio est in promptu, quòd magis ei conduceret, se ipso iure non esse obligatũ per not. Angel. in l. metum §. Sed quod prætor glos. ibid. ff. quod met. caus. melius namq; est iura in tacta seruare, quàm post vulneratam causam remedium quærere l. 1.

93.

C. quand. lic. vnicuiq; sine iud. se vendic. & l. fin. C. quib. caus. in integr. rest. non est necess. verùm enimuerò vt res magis sigillatim pro veriori intellectu perstringatur.
94. Magnus (inquam) est effectus, vtrum actio * sublata sit ipso iure, vel ope exceptionis. Priori equidem casu si de hoc iudici constat suo ex officio agentē repellere potest, quasi dicat tibi non competit actio, quia sublata est ipso iure reumq; absoluere ipso non petente vel excipiente. Et sicubi Iudex amplius procederet, nullus esset processus, adeò quòd sententia aduersus reum lata ipso iure etiam sine appellatione interposita diceretur esse nulla: Sed altero casu secus statuendum, quando scilicet actio ope exceptionis tollitur: licèt tali casu reus propter exceptionem qua potest repellere agentem in effectu non teneatur. Tamen quia actio apparet adhuc valida, ita vt ipso iure procedat iudicium, & sententia de superlata valet & quando ab ea non appellatur transit in rem iudicatam & pro veritate habetur l. ingenuum ff. de stat. homin. Ad hoc igitur, vt huiusmodi casu actio eneruetur, reus exceptionem opponere habet necesse, doctrina est Bart. in d. l. si vnus §. pactus ne peteret num. 15. ff. de pactis ad modum iuridicè Ioan. Schneid. in §. bonæ fidei num. 3. Instit. de actionib. siquidem impossibile est inter duos disceptari nisi alter persequatur & alter negando contra dicat aut excipiēdo l. inter litigantes ff. de Iudic. quò loci respondit vlpia. non aliter lis expediri potest, quàm si alter petitor alter possessor sit: eo ex capite nonnullisq; alijs coadiuuantibus, superioribus annis in quadam illustri controuersia me sententiam fauorabilem obtinuisse recordor. Quoniam κρινόμενον in eo potissimum versabatur, quòd ex aduerso litis patroni somnolenter, vel prorsus
95. non considerabant id apud iuris consultos * speciem dici quod apud dialecticos indiuiduum vocatur per text. in l. 54. in stipulationibus ff. de verb. oblig. ac idipsum in nostro

nostro moralis Philosophiæ studio pars (vt sic dicamus) speciei intelligitur, glos. vlt. est magistralis in l. si cùm tibi C. de iudicijs quæ doctrina ex parte nostra ope exceptionis opponabatur, & sic l. 2. C. eod. Iuraq; similia, pro aduersa parte nihil ad rem conferebant, secundum ea quæ Cynus in fin. vbi Bart. Bald. & alij ad. d. l. si cùm tibi conciliationis fœdere docentes, adsignant, glosam illam in hac materia coronam & quasi adorandam fore. Idq; verum esse fateor cùm & honorem & munificas mihi attulerit largitiones: quia domino actori non competijt actio, per Bald. in hac sua disputatione, suprad. vers. Quartò sic, ibi, si ergo actio non competit, ideò reus debet diffinitiuè absolui. Nam aduersæ partis argumentum à genere ad speciem affirmatiuè per modum consequentiæ minimè procedebat: Non autem sequitur est animal, ergo est homo, quia potest bos vel canis esse, vel paratum est vxoris causa, ergo est vxoris causa emptū, per text. in l. 49. item legato §. item interest ff. de leg. 3. ibid. vlpia. decidit. Non continebuntur emptis solis legatis, quæ alia ratione paterfam. adquisita vxori destinauit, pulchrè Nicol. Euerhard. in loco à genere ad speciem post med. Nemo tamen in hac legali nostra functione qualitercunq; instructus facilè inficiabitur, quin ab indiuiduo seu singulari vno aut altero procedatur ad aliud singulare, videlicet Balthazar & Leonhardus milites, cùm vno testiculo nati memorantur: Ergo testiculo vno nati iure militiam exercebunt: Ita argumentatur I. C. in l. 4. ff. de re milit. quò loci de Cilla & Cotta belli ducibus. modo iam præfato respondit cuiusmodi rei, & antè relatorum gratia alia quæq; similia fingi possent. Quid enim vetet ius ciuile plura in re eadem fingere, sicubi res ipsa suadeat, & ratio id suggerat æquitatis? Nulla enim iuris ciuilis fictio, nisi ex benignitate aut populi vtilitate, solet induci l. cùm & post liminij C. de post. lim. reue. l.

L 2 post

postliminium in prin. ff. illo tit. l. sciendum ff. ex quib. caus. maior. iuxta disertiss. Ioan. Vaudum Pedemont. variarum quæstionum lib. 2. quæst. 4. sub finem. Quæ dicta 96. sint iuuenibus * aduocatis, qui litium sæpè confusores vocantur Bolog. in repet. Auth. habita C. ne filius pro pâtre coll. 26. Neuizan. in Syl. Nuptial. lib. 5. num. 6. in princ. sed interim illud ouidij de remed. amoris non penitus explodendum erit ita sonantis. *A cane non magno sæpè tenetur aper.* In eandem sententiam Ber. condescendere visus est in epist. ad Theobaldum militum, inquiens. Multos videmus iuniorum super senes, intendere moribus dies antiquorum tempora præuenire meritis, Et quod deest ætati, virtutibus compensare: quia iuxta Apostolum, ne quis contemnat adolescentiam bonæ indolis, senectus venerabilis non est numero annorum, sed magis merito morum comparata. Quandoq; enim ingenium supplet tempus in benè studentibus: sicut industria supplet tempus, 77. dist. c. Monachus, nec sufficit diu in scholis fuisse, sed laudabiliter vixisse inquirendum est, 12. quæst. 2. c. gloria Episcopi, in fin. & arg. l. 2. C. de his qui veniam ætat. impetr. insignis & elegans est glos. in c. tum ex literis ad verb. instructus de restit. in integr. per ibid. citata iura: vnde versus.

Seriùs an citiùs nihil est, benè viuere vita est
Æterna, & cœlum qui benè vixit habet.

Eò pertinet dictum Ioan. cassia. de colla. Abbatis Moysi secunda c. 12. nonnullos ignauia senescentes, authoritatem sibi non maturitate morū, sed annorum numerositate conquirere.

QVINtò sic, quotiescunque inter duos est controuersia de possessione, si interim vnus reliquum

liquum non admittit non * intelligitur facere 97.
animo spoliandi sed sui iuris conseruandi, quod liceat, qui lite pendente pro libero habetur l. ordinata, ff. de liberal. causa.

ADDITIO. 66. Hoc loco aduertendum vbi reliquus ille spoliator de quo Bald. noster differit à tertio * possi- 98.
deret, molestari non debet Abb. in c. veniens. nu. 25. de præscript. Corne. cons. 280. nu. 8. lib. 4. Si igitur reliquum illum venientem non admiteret, certè spoliare ipsum possessione sua intelligeretur, quemadmodum is, qui eam * vi ingreditur, ita probat l. fina. Bart. ibid. ff. de 99.
precario Tiraq. de iure cunstit. 1. part. num. 69. Afflict. decis. Neap. 40. nu. 8. vers. Nam tertius, pulchrè Crauetta cons. 107. nu. 3. incip. Antonius Cofferi. respondit ex eo * spoliationem argui, quòd pars denegat possessio- 100.
nem restituere vel ad possessionem venientem non admittere d. l. fin. de precario Alex. in l. si quisquis rem ff. de acquir. posses. Corn. cons. 207. col. fin. lib. 2. Non enim magis * fauemus retentioni quàm recuperatoriæ acqui- 101.
sitioni quæ non consideratur vt noua acquisitio eruditè Menoch. de retinen. poss. remed. 3. nu. 687. Siquidem iure suo vel possessione suæ qui prohibetur vti, contra omnes qui prohibent vsum vel turbant iniuriarum habent actionem l. iniuriarum 13. §. fin. ff. de iniur. l. qui pendentem 26. §. fin. ff. de act. empt. gl. in l. si duo verb. placuit ff. vti possid.

SI enim aduersariũ meum ad compossidendum non admitto, non dicor ei facere iniuriam, quia facio vt ius meum conseruetur l. proculus ff. de dam. infect. Non enim teneor ad-

103. mittere * ipsum & Iuri meo præiudicare: nec recipiendo ipsum in possessione, probationes ipsius instruere arg. l. 1. in prin. ff. de lib. agnoscend.

Additio. 67. Hæc ita sunt accipienda si reliquo illi, de quo paulò ante habetur nullum prorsus in re Ius
104. competat tunc non reuocantur * quæ aduersus eum, in non recipiendo ad possessionem gesta sunt Deci. cons. 191. incip. in caus. quæ agitur nu. 10. vers. non obstant. vbi declarat. text. in c. licet Episcopus de præbend. in 6. quod ille text. procedat quando possessori aliquod Ius competit. Secus in casu quo de Baldus noster disputat, vbi constat reliquo illi nullum ius competere. Cùm igi-
105. tur * notorium fuerit alicui ius non competere, haud vtiq; citantus erit Iason. cons. 86. col. 6. in fin. lib. 3. Socin. sen. cons. 87. incip. visis inuestitura, nu. 22. vol. 3. Pa-
106. risius cons. 1. nu. 33. lib. 1. respondit. Quando * certum est alicui defensionem non competere, tunc actus contra ipsum gestus, valet etiam sine citatione secundum Abb. in c. ex insinuatione circa fin. de caus. poss. & propriet. ex quo cum Baldo nostro intrepidè argui debet, videlicet.

107. SI ergo non * censeor spoliare, ideo nō competit vnde vi interdictum.

Additio. 68. Nec refert interdictum vnde vi concedi nedum aduersus eum, qui possessorem vi deiecit, sed etiam contra ipsum qui venientem non admisit, eò quod
108. tūc * quoq; vis intelligatur committi l. 1. §. vi possidere ff. de vi & vi arm. Dd. ibid. Nam ista censentur disposita in eo cui ius competit. Sed Baldus debet intelligi de reliquo adueniente qui omnino nullum habeat ius. Nam quod alioquin

alioquin spoliatus* ante omnia restitui debeat, id ob improbitatem ingredientis per vim contingit sicut disertè probat text. in l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi, Menochius de recuperand. possess. remed. 1. nu. 146. 109.

MOdò arguamus quod debebat absoui interlocutoriè ab obseruatione iudicij. Hæc enim * sententiam interlocutoria est licèt in- 110.
terdum attenta ratione & causa eius habeat vim diffinitiuè, vt not. in l. harum, si seruitut. vindicetur.

ADDITIO. 69. Hæc videlicet sententia siue * sit in- 111.
terlocutoria siue diffinitiua. Nihilominus executionem secum trahit, eò quod alterū ex litigantibus in possessione iubeat esse, sed alteri parti inhibet ne ad possessionem accedat, per ea quæ in simili tradit Bart. in l. cùm procurator §. si dominus nu. 7. ff. de oper. no. nunciat. Aretin. cons. 26. in fin. Ripa in l. quod iussit nu. 34. & ibi Alex. nu. 24. ff. de re iudic. Tiraq. in l. si vnquam verb. reuertatur C. de reuocand. donat. & hoc eatenus intelligendū est, quatenus in possessorio plenario non feratur alia sententia: aliàs enim sententia absolutoria ab obseruatione iudicij est interlocutoria, * cùm non definiat totū 112.
negocium, sed remaneat iterum agendi facultas gl. in d. l. harum verb. absoluetur vbi Bal. sub fi. si ser. vend. Castr. ibid. Iason. in l. properandum §. & siquidem C. de Iudic. Guid. Pap. decis. 220. nu. 3. per Bald. in l. 2. C. de Episc. audien. iuxta hanc rationem, quia semper primæua actio, de qua agebatur remanet. Idem sequitur Minsing. obseruat. 88. propè fin. cent. 3.

EST

EST igitur iſta ſententia quandoque pe-
113. remptoria * & tunc habet vim interlocutoriȩ, & eſt merè interlocutoriá tã ex ordine quàm ex officio ſuo efficaci.

114. ADDITIO. 70. Sicubi iſthæc ſententia * iudicetur interlocutoria, tunc abſq; dubio poterit reuocari l. quod iuſſit ff. de re iud. Hier. Cagnol. l. in pari nu. 6. dicit quod in ordinario poſſeſſorio citò apparere poſſit de contrario & ſic interlocutoria valeat reuocari, & totum oppoſitum pronunciari dando poſſeſſionem huic parti, per Bart. Decium & alios, ibid. alleg.

QVòd igitur per modum interlocutoriæ debeat fieri ſic probo. Et primò, quia pendente
115. cauſa * criminali, ſi ciuilis intentatur, ſuperſedendum eſt in ciuili tanquam in minori, & procedendum in criminali, tanquam in maiori, quæ in iure antefertur, l. fin. C. de ord. iudic. ergò ciuilis queſtio hîc priuatiuè intẽtata eſt, igitur pronunciari debet non procedendũ.

116. ADDITIO 71. Secus dici poſſet, vbi actio * ciuilis & criminalis ad diuerſa tendant, illa ad perſecutionem rei familialiaris, altera ad vindictam l. prætor edixit §. ſi dicatur ff. de iniur. Bart. ibid. nu. 1. gl. in l. fin. verb. poe-
117. nam ff. de priuat. delict. Item ſi criminalis * principaliter, & ciuilis minus principaliter proponantur, ita vt quis rem ablatam ſibi reſtitui peteret Bart. in l. interdum §. qui furem ff. de furt. & ita ſimul intentari poterunt Curt. iun, in l. edita nu. 198. C. de edend. Vbi Roman. nu. 143.

verſ.

vers. non obstat sua ratio, Roland. à valle cons. 30. lib. 2. Angel. in l. vnic. nu. 6. C. quand. ciuil. act. crim. præiud. quem refert Augustin. in addit. ad Angel. de malific. ver. & vestem cœlestem num. 11. Hoc tamen subnexo, argumentum * à ciuilibus ad criminalia ductum regulariter 118. valere iuxta Bart. in l. Papinianus §. secundo ff. de inoffic. testam. Castr. in l. consentaneum circa fin. C. quomod. & quand. Iud. Alex. in l. diuortio nu. 11. ff. solut. matrim. Emanuel Soarez. recep. sentent. verb. argumentum à ciuilibus.

SEcundò sic, exceptio litis * pendentis est di- 119. latoria iudicij non peremptoria, vt l. reum criminis C. de procurat. l. is quis reus ff. de public. iudic. l. 2. in fin. de custod. reorum c. 2. in fin. de restit. in integr.

ADDITIO. 72. Per solam citationem eamq; executam inducitur litis * pendentia Deci. in l. moræ nu. 46. 120. ff. de iurisd. om. iudic. Alciat. in c. gratum de offic. de leg. Non tamen ex doctorib. desunt qui litis * pendentiam 121. per contestationē litis induci arbitrantur. Ioan. Fichard. in com. opin. ad villalob. vers. litis pendentia inducitur. Sed dilatoria * exceptio nouiter nota potest oppo- 122. ni, post lit. contest. nisi de negligentia opponentis antè commissa appareret, Canonist. in c. pastoralis, de except. Angel. in l. qui procuratorem dat §. 1. & in l. Pomponius §. rati ff. de procurat. Salic. in l. dedit §. si seruus ff. qui satisd. cogunt. Ant. de Butr. & Panor. in c. 1. de ordin. cognit.

SED exceptio dilatoria iudicij exigit interlocutoriam scilicet non esse interim procedē-

dum l. 3. §. duæ ff. ad Carbon. ergo, &c. Nec
123. etiam actionem in totum * abrumpit, sed differt examen ipsius, vt d. l. is qui reus §. inchoatas, de pub. Iudic. & l. si duas ff. de excusat. tut. in princip.

ADDITIO. 73. Reperio practicos diuersimodè sentire: pleriq; enim volunt ante litem contestatam proponendam, alij post lit. contest. quoq; opponi posse arbitrantur, vtq; verum fatear, eius occasione in actis iudicialibus magis confusionem quàm debitam causarum expensionem, non rarò obuiam mihi factum fuisse. Ideo hoc de negocio, ex optimis quibusq; scriptoribus, pauca quædam verba facere, non abs re fore putaui. Enimuerò
124. in triplici * comperiuntur esse differentia. Quædam iudicis personam concernunt, & quædam litigatoris personam, ac quædam respiciunt ipsam causam. Primùm ita-
125. que * iudicis personam concernens dilatoria dicitur exceptio fori declinatoria seu incompetentiæ, & isthæc sit prima ante reliquas omnes opponenda per l. fin. C. de except. Nam si quæuis alia exceptio prius opponeretur
126. tunc iurisdictionem iudicis prorogatam * fuisse haud immeritò diceretur, cuius etiam iurisdictio vlterius recusari non potest iuxta Bart. in l. quidam consulebat vbi Dec. ff. de re Iud. Bart. in l. conuenerit ff. de iurisd. om. Iudic. bon. text. in l. sed etsi susceperit ff. de Iudicijs. Deinde ex-
127. ceptio * quæ litigatoris personam respicit, intelligitur quælibet exceptio legitimationis personæ, vt filiusfam. sine consensu patris secundum l. vlt. §. necessitate C. de bon. quæ liber. & ibi Bal. vel minor sine curatore, vt C. qui legit. pers. hab. stand. in iud. vel etiam procurator sine mand. l. 3. §. defendi, & ibi Bart. ff. ex quib. caus. in possess. eatur & in l. quodquis C. de procurat. Deniq; ex-
ceptio-

ceptiones * quædam sunt causarum merita tangentes, vt 128.
est exceptio inepti libelli vel obscuri vel malè agis, quia
ante diem agis l. 1. in fin. ff. quand. dies vsufr. leg. ced.
Sed istæ exceptiones possunt etiam post lit. contest. op-
poni. Sin * verò antè lit. contest. opponantur, Reus ab- 129.
soluitur ab obseruatione iudicij interlocutoriè. Sed vbi
post lit. contest. fuerint oppositæ tunc reus diffinitiuè ab-
soluitur, vt declarat Bald. in l. exceptio litis pendentiæ
(de qua supra paucis etiam habetur) quæ pariter est dila-
toria, debetq; ante lit. contest. opponi Bal. in l. perem-
ptorias prope fin. C. senten. rescind. non poss. & in l. Se-
natus C. qui accusare non possunt. Porrò ad maiorem
perspicuitatem sciendum est, si exceptiones dilatoriæ ad
processum opponantur, tunc ante lit. contest. sunt pro-
ponendæ, vbi autem ad merita causæ, tali casu post lit.
contest. obijci possunt, & ita magis communiter distin-
guunt Dd. vt docuit Abb. in c. exceptionem nu. 12. vers.
& alij dicunt quod satis est, &c. & Felin. ibid. latè nu. 23.
de except. quibus locis Dd. huiusmodi distinctionis re-
ferunt exempla, quæ nouitij in practica suo libitu pote-
rint euoluere. Cæterùm quæret quispiam, cuius sortis
sit exceptio intentionis & facti, veluti si quis sine actio-
ne experiatur. Respondetur habere * vim dilatoriæ & 130.
impedire litis contestationem, debereq; ante eam oppo-
ni per Bart. in leg. pater decedens ff. de inoffi. test. idem
Bart. in l. Papinianus §. si quis impubes ff. illo tit. Atta-
men * si non fuerit oppositа, Iudex in quacunq; iudicij 131.
parte, agentem sine actione ex officio repellere potest gl.
& Dd. ibid. in l. vbi pactum C. de transact. & in l. 2. §. quod
si actori in verb. rei C. de iuram. calum. & per text. in l.
pupillus §. videamus ff. de negor. gest. Ibid. Bart. & Dd.
Marant. ordin. iudic. part. 6. de except. memb. 9. nu. 6.
vbi nu. 7. & seq. ponit fallentias.

TERtiò sic etiam, si hæc lis deberet ad eundem iudicē remitti, tamen hoc causam omnino non perimit nec iudicium nullum reddit: Quia omnis exceptio operatur secundum tacitam conclusionem, quæ est de natura exceptionis, & hoc modo facimus, qualiter debeat iudex pronunciare pro excipiente quia se-
132. cundum naturam & finalem * effectum exceptionis, vt instit. de except. §. temporales, & quòd ista sit dilatoria, not. Innoc. c. cùm M. Ferrari. de constit. Ex prædictis videtur, quod sit actum incongruo tempore, & sub incongruo iudice.

ADDITIO. 74. Iuxta prædicta probè signandum est,
133. Iudicem in huiusmodi * exceptionibus vltra tempus parti limitatum supplere non posse, notabil. gl. in l. Pomponius §. rati habitionem ff. de procurat. Sic etiam visus est respondisse Ioan. de Amicis cons. 2. nu. 4. vbi ait. Exceptio quæ cum actione nascitur si non opponatur à parte
134. per * iudicem suppleri potest. Quamuis castrensis contrarium afferat, in l. ita demum nu. 3. C. de procurat. Sed eius opinionem communiter reprobari fusius demonstrat. Iason. in d. l. ita demum nu. 5. vers. decimo tertio
135. limita: quicquid sit. Quemadmodum aliàs * generaliter ferè in quacunq; materia exceptio non admittenda si à parte non contradicente, vel contradicente, & ab admissione non appellante, fuerit admissa, operatur effectum suum, & aduersario præiudicat. Roman. cons. 384. nu. 4. incip. In casu propositę consultationis Ripa in l. naturaliter §. nihil commune nu. 72. ff. de acquir. possess.

Quartò

QVartò sic, quoties iudicium primò motũ sic se habeat ad secundum, quod absolutoria lata simpliciter, id est, non augmentata per causam in primo, potest secundum iudicium differre, ibi secundum iudicium impeditur, quia dubia exclusionis * causa, dubietate pendente, fungitur officio excludentis, quoniam dato possibili pro actore, & dato possibili pro reo, & pręsenti statu nõ referente, magis in vno quàm in reliquo, potioris est conditionis reus l. fundi ff. de except. Sed ita est hic. 136.

ADDITIO. 75. Prælationi * in dubijs & pari locum dari, nemo est qui nesciat vulg. l. vlt. ff. de relig. & sumpt. fun. l. in venditione §. fin. ff. de bon. auth. iud. possid. c. cùm autem, de iure patron. Cuius rei potest exemplũ ad materiã nostræ disputationis in reo statui de cuius * non iure constat, qui tamen iam per obiectiuam exceptionem potest vitiosum actoris ingressum excludere Rota Rom. decis. 7. de except. in antiq. Videtur quod imò reus dare possit obiectus, quia sufficit ei quod vincat, * per non ius actoris quamuis etiam de non iure suo constet Compostel. in c. mandatum de rescript. per l. fin. C. de rei vend. Hoc etiam pacto reus per indirectum ostendendo actori ius non competere includit validitatem iuris sui iux. Cassad. decis. 2. de except. & Rot. d. tit. de except. decis. fin. in antiq. Nam qualitercunq; poterit ostendere aduersario ius non competere, totum est de iure ipsius, quia * per hoc sibi prouidebitur, per clem. constitutionem, de electior. Et sic solùm consideratur an causa, vnde ius agendi vel 137. 138. 139. 140.

di vel excipiendi competit, directè à iure dantis proficiſcatur Rot. Roman. deciſ. 1. de Accuſat. in Nouiſ. Ideo
141. pendente dubietate * reus potioris intelligitur conditionis eſſe, ad hoc Bald. noſter rectè allegauit tex. in d. leg. fundi ff. de except. quò loci I. C. Africanus putat, interuenire prætorem debere, nec permittere petitori, priusquam de proprietate conſtet huiuſmodi iudicijs experiri.

NAM cùm in omni iudicio ſententia declaratoria cedat l. Lucius ff. de his qui not. infam. l. quid tamen §. 2. ff. de recept. arbitr. Poteſt rationabiliter euenire, quod iudex pronunciabit accuſatorem non poſſiidere. Et ſic ſubmota poſſeſſionis omnis, cauſa violentiæ eſt abſorpta. Igitur exceptio iſta ſuſpenſiuum habet
142. effectum, & conſequenter pro reo * interim eſt interloquendum non diffiniendum.

Additio. 76 Practici aduocati crebiùs ſunt experti
143. ti multiplicem * habere effectum, vtrum ſententia aliqua ſit interlocutoria vel diffinitiua, ſed cùm eiusmodi materia nimis latè ſe extendat, remitto beneuolum lectorem ad not. per Dd. in l. poſt ſententiam C. de ſent. & in-
144. terl. om. Iud. Hoc tamen omnes ſcire non * ambigo eam diffinitiuam eſſe, quæ negocium & cauſam principalem diffinit. gl. in clem. ad compeſcendas, de ſequæſt.
145. poſſeſſ. & fruct. Sed interlocutoria * dicitur quæ ſuper incidenti & emergenti fertur Philip. Franc. in c. cùm ceſſante num. 36. de Appellat. & Bart. not. in l. Titia ff. de accuſationib.

146. QVia diffinitiua * non cadit, niſi ſuper certo & liquido l. iudices C. de Iudicijs.

Addi-

ADDITIO. 77. Talis enim sententia, quæ super certo lata constat, dicitur mera, * quæ nullam interlocutoriæ vel processus habet mixturam per traditionem Angel. in l. si sic ff. de legat. 1. quem sequuntur Imol. Aret. & Ias. in l. stipulationum la. 1. Roman. ibid. ff. de verb. oblig. Et huiusmodi sententiæ diffinitiuæ effectus est * vt mandetur executioni, ita declarant Castr. & Ias. in Rubr. ff. de re iud. per tex. in c. sciscitata, de in integr. restitut. Abb. ibid. in vlt. notab. probatur quoq; in l. properandum §. sin autem res C. de iudic. Cæsar Contard. ad l. vnic. C. si de moment. poss. fuer. appellat. in Notabil. num. 18. vers. Quintò nota. 147. 148.

QVintò sic, ea quæ sunt in potentia differunt ab his, quæ sunt in actu: quia quod est in actu, potentia potentialiter, sed quod est in actu principaliter, * operatur vnde primum pendet, quia de futuro contingenti secundum nō pendet l. itaq; ff. si cert. pet. l. cùm in secundo ff. de iniust. testam. 149.

ADDITIO. 78. Conspicui iuris est * ex causa magis principali quid actum esse indubio præsumitur idem Bal. noster cum gl. in l. non verò ff. ex quib. caus. maior. Dec. in c. dilecto el. 2. notab. 3. de appellat. Inde etiam hæc iuris firmatur doctrina, videlicet actum sequentem ad executionem actus præcedentis venientem * non alterare naturam ipsius actus præcedentis, sed eo modo accipi debere, quo ipse præcedens actus intelligitur l. 4. C. de adq. poss. & probat tex. in l. quædam mulier & ff. de rei vendic. 150. 151.

ET quod pendet non est * pro eo quasi sit in regula iuris ciuilis c. 1. de concess. præb. 152.

ADDI-

153. ADDITIO. 79. Nam in eo quod * pendet regula vitiata intelligitur, & sic statim perdit suum officium tex. vbi Angel. & Dec. in l. 1. de reg. Iur. Idq; contingit per exceptiones contrarias, sicut eleganter idem Bald. noster declarat in l. in his ff. de legib. nimirum de natura exce-
154. ptionis esse, vt procedat de corpore primæuæ * dispositionis, & probet eius contrarium, quod est in præcedenti, quam Baldi declarationem & pulchram & notandam respondit Curt. sen. ad notab. quæstionem in cons. 65. &
155. Ripa lib. 1. respons. cap. 6. Sed qui * pro se regulam ab omni exceptione habet semotam, is rem certam & intentionem fundatam habere intelligitur, & eo ipso probat quod de contrario non doceatur Ias. post Bart. in l. 2. nu. 33. ff. si quis in ius vocat. Alberic. post gl. in l. omnis de-
156. finitio. 203. ff. de reg. iur. Aduocatos * admonet, vt quemadmodum Bononienses Carocio ita ipsi adhæreant regu-
157. læ. Sunt enim iuris regulæ * tenaciter seruandæ, donec appareat specialis in contrarium dispositio Bald. in l. si tutor sub fin. C. de ser. pignor. dat. manumiss. Wesenb. cons. 7. nu. 7. vers. qui verò. Ideo alleganti specialem iu-
158. ris dispositionem onus probandi incumbit * Decius d. l. 1. de reg. Iur. Felin. in c. quoniam frequenter in princ. vt lit. non contest. Ias. in l. cætera, notab. 3. ff. de leg. 1. Hoc modo recordor quod in controuersia illustri pro firma
159. regula allegabatur. De omnibus rebus familiaribus * siue priuatis licere pacisci l. iurisgentium §. si paciscar cum seqq. ff. de pact. vel conuenire posse, cùm rectè I. C. in l. solent ff. de præscript. verb. pactionem appellet conuen-
160. tionem. Idem in l. 2. ff. de pactis, ostenditur & ex * conuentione contractus legem accipere haud ignotum est, vulg. l. 1. §. si conueniat ff. depos. cum similib. Ergo per consequens minorennis prædia iura & alia bona aduen-
161. titia * quæ ex causa maternæ lineæ minori obuenerũt, per ipsius patrem, mediante emptionis & venditionis con-

tractu

tractu rectè fuerunt alienata. Cui argumento, nostra ex parte opponebatur. Etsi iura in generalibus suis terminis sint naturæ consona, attamen isto casu, alia iura magis specificè disponentia fore trutinanda, nimirum quòd talia bona non ita simpliciter, sine curatore qui à magistratu ad hoc confirmari debebat, pariter ac sine decreto iudiciali, * non queant vel vllo venditionis titulo in alium 162.
transferri text. est liquidus in l. 2. C. de prædijs & alijs reb. minor. sine decret. non alienandis, quò loci * dispicitur 163.
ad ea recuperanda restitutionem in integrum non esse necessariam gl. ibidem in verb. vendiderunt cum concord. quod ipso iure * non valeat sine decreto & per c. 164.
constitutus in fi. vbi gl. in verb. solemnitas, de restit. in integr. Maranta pulchrè in tract. de multiplici alienatione nu. 21. & sequenti. Isthæc quoq; decisio euincitur ex l. 1. C. de bonis quæ liberis, vbi disertè sancitum * habe- 165.
tur, quòd patri in huiusmodi bonis nihil iuris acquiratur excepto duntaxat vsufructu text. in l. 2. C. de bonis maternis, cum similib. & volunt iura stipulationem legis gignere obligationes, etiamsi non exprimatur, quantum ex eiusmodi stipulatione peti queat, per ea quæ eruditè ostendit Conrad. Lagus in eleganti sua methodo. par. 3. cap. 60. nu. XI. quò loci stipulatio legis obligationes gignit. Exinde satius videre liquet regulam exaduerso citatam, multis modis per iura speciatim adducta vitiatam esse, suumq; penitus officium perdere. Quippe hæc specialia iura profluunt de corpore primæuæ dispositionis Bald. d. l. in his ff. de legib. Hinc dicimus pacta quæ fiunt contra leges * plebiscita Senatus consulata, principum 166.
placita, magistratuum edicta, & deniq; contra bonos mores non valent, quia fiunt contra ius publicum, vulg. l. ius publicum ff. de pact. & l. nec ex prætorio & l. neq; pignus § fin. ff de reg. iur. l. cerdonem ff. de ope. liber. & vulg. l. iurisgentium §. & generaliter ff. de pact. doctiss.

Ioan. Borcholt. in tract. de pact. cap. 5. num. 57. ibid. in hanc multa allegat sententiam, qui enim contrahit contra legem præcisè contractui resistentem, in mala fide dicitur l. quemadmodum C. de agric. lib. XI. Alciat in c. cùm contingat, num. 36. de iureiurand. & iuramentum non tenet, per Imol. ibid. Nec ad rem facit quod
167. à diuersa parte dicebatur quemlibet fauori suo * renunciare posse l. pen. C. de pact. Bart. in d. l. ius publicum nu. 3. ff. eod. vbi pulchrè distinguendo ostendit. Aut renunciationis causa continet simpliciter fauorem eius
168. qui huic iuri renunciat, & ius pro se introducto mutare potest d. l. pen. C. illo tit. Aut causa dispositionis * non respicit priuatam pascìscentium vtilitatem. Sed subest alia causa, tunc per pactum tolli non potest Bart. in d. l. ius publicum nu. 4. admodum doctè. Ex quo renunciationes (quæ pars aduersa ad astra vsq; euehit) in contrarium factæ, nullo iure subsistunt gl. singul. & approbata, in l. pactum inter hæredem. verb. cùm liceat ff. de pact. Bald. in auth. imò à debitore C. de action. & oblig. pulchrè ad propositum confert, quòd regulæ prohibitiuæ non queat renunciari, vt not. in l. si quis pro redemptione §. fin. vbi Cyn. C. de donat. Henric. Bouerius sing. 59. num. 14.

169. CVM igitur, litis pendentia * ratione futurorum pendeat non potest certam imponere legem, nec causam diffinire. Sed interim debet pronunciare, non esse procedendum, ad hoc faciunt iura notissima l. 1. C. de Appel. l. si de vi ff. de iudic. cum similib.

ADDITIO. 80. De sententia per quam pronunciatur instantiam esse peremptam scripsit Ioan. de Anania consi.

conſ. 93. col. 2. in fin. Vbi quòd dicitur interlocutoria, quia de nouo agi poteſt ſuper negocio principali, & ſic talis pronunciatio ſolùm fertur ſuper proceſſu, non autem principali negocio, & conſtat omnem * ſententiam 170. quæ ſolùm reſpicit proceſſum, dici interlocutoriam ita Crauet. reſpondit. conſ. 181. num. 1. incip. Iudex Eccleſiaſticus, &c.

SED in diſputatiuis actibus leges magis de facili ſoluuntur, quàm rationes * viuæ, quas 171. natura declinare nō poteſt, vt not. de neg. geſt. l. Pompon. in neg. in lect. Ioan.

ADDITIO. 81. Sed quid ſtatuendum ſi lex habeat varios * intellectus? Secundum Bart. non poteſt ad cau- 172. ſarum deciſionem allegari l. in ambiguo ff. de reb. dub. Iaſon. in l. admonendi in 1. lect. nu. 67. & ſeq. de iure iurand. Alioquin * ratio tanquā legis anima, ſemper quò 173. ad fieri poteſt, obſeruari debet, lex enim certa conſiſtit ratione, per tex. in c. conſuetudo 1. diſt. Ideo nihil inconſulta commotione animi abſq; ratione faciendum c. ſi haberes. 24. quæſt. 3. Sed omnium * quæ à maioribus 174. noſtris edita ſunt ratio non ſemper poteſt reddi. Etiam ſi nimis anxiè indagaretur, multa ex ijs quæ certa ſunt ſubuerterentur, l. & ideo. l. non omnium ff. de legib. attamen ſi fieri queat, ratio omnium reddenda erit l. atſi quis §. ſed interdum ff. de reliq. & ſumpt. fun. c. ſi quando. de reſcript. Sicubi autem ratio eadem eſt cum dicto nihil infertur l. qui interrogatus ff. de interrog. act. Bart. & alij ibid. Eruditiſſ. ille Prateius in excellenti ſuo tractatu Regul. general. iuris lib. 2. tit. 9. pulchra ſerie hac de alijsq; materijs expendit. Circa hoc & præſertim * in dubio ge- 175. nuina praxis eſt ob oculos ponenda, quæ vera legū intellectrix adfirmatur, per Bald. eleganter in c. 1. verſ. & ideo

quando capiuntur, de feud. sine culp. non amitten. Idem in l. illud per illum text. ff. de excusat. tutorum, si-
176. gnat ab antiqua * practica non esse recedendum: idem Bald. in c. ex tenore circa med. de testib. inquit. leges sapere cùm practicentur, & tunc fructus ex arbore colligi. Idem in l. 1. col. 1. in not. ff. de iustit. & iure, quòd scire in nostra scientia, non est propter scire, sed propter operari. Natta consil. 1. col. 1. iuxtà illud vulgatum, leges
177. in * schola diglutiuntur in palacio digeruntur, quia pra-
178. ctica est scientia digestiua, & vbi Theoricus desinit, * practicus incipit, ita quoq; dicit Bald. in l. Æmilius col. 10. vers. leges in scholis ff. de minorib. plura vid. apud Cottam in suis memorabil. ad verb. practica. Quæ tamen cum mica salis accipienda sunt, ita vt quæcunq; cauillationes de tabula ponantur, ne illud in Iurisperitos cauillatores congruat, quod refert Ferrarien. in forma iuramenti, quod præstatur à parte parti, ver. terminum ad-
179. signauit, &c. sub fin. Ibi, Nam qui discunt leges * & decretales sunt homines cauillosi: qui autem discunt Tul-
180. lium * & Senecam, sunt homines virtuosi. Qui verò di-
181. scunt medicinam * sunt homines gratiosi. Et qui discunt
182. Theologiam * sunt homines deuoti, vbi tamen subijcit, agamus itaq; de singulis gratiâs omnipotenti Deo. Caue-
183. ant interim aduocati ne multa * animarum suarum incurrant pericula. Ioan. Neuizan. in syl. sua Nuptiali lib. 6. nu. 14. per ibid. adduct. Sed ab experientia quotidiana
184. non videtur adeo alienum esse iuuenes aduocatos * sæpius in practica errare. Idq; & Iason. aduertit, in l. post dotem col. antepen. ff. Sol. matrim. nu. 202. Alex. in l. quod meo col. 6. de acq. possess. Senes verò sunt adeo
186. practici, & in regulis iuris ita instructi, * quòd eo ipso cùm percipiant casum etiam extraneum accommodent se regulis etsi in casu illo æquitas repugnet, sequitur æquitatem fundamentum iuris l. 1. ff. de iustit. & iure. Et sic

raró

raro errat sine reuolutione librorum. Idq; de sene * qui 186.
in iuuentute benè studuit, censendum, Sin verò expectauerit donec senilibus annis fatigetur labor ei nimis futurus grauis, Ioan Neuizan. in d. Syl. Nupt. lib. 5. nu. 6. vers. Et experientia est rerum magistra, &c.

ET hæc sufficiant tanquam motiua dubiorum quia & ipsos Iurisconsultos iura, vna vel duabus rationibus, pro & contra contentos fuisse ostendit Nesennius amicus Pauli Iurisconsulti l. Nesennius, Appolinaris ff. de neg. gest. Et sufficit hęc ratio vna cõcludens, quantum mille l. proximè ff. de his quæ in testam.
delentur, quando * tamen plures, tanto ma- 187.
gis præualentiores l. qui filius §. Sabinus ff. ad Trebell. l. AEmilius Larianus ff. de minorib.

ADDITIO. 82. Quando vna tantum * ratio potest 188.
adsignari habetur pro expressa. Idem Bald. noster in l. maximum vitium col. 4. C. de liber. præter. & in l. quàmuis C. de fidei commiss. Castrens. cons. 251. incip. visa quadã securitate, col. 5. post mediũ vol. 1. Quinimò ratio
naturalis * sola sufficit etiamsi lex deficeret c. ij. requiris 189.
in fin. de appellat. Abb. in c. sanctæ Mariæ, de constit. Bal. cons. 38. incip. Dominus Thomas sub finem vol. 1. re-
spondit, vix aliquid * reperiri contra naturalem ratio- 190.
nem quod non remordeat conscientiam alleg. gl. in l. in hac ff. de triticar. in gl. mag. & naturalis ratio ad cuncta respondit l. si me & Titium ff. si cert. petat. Quantò tamen plures tanto præualentiores per Bald. nostrum vt
suprà. Eò pertinet quod duplex vinculum * fortius liget 191.

quàm vnum Auth. itaq; C. com. de success. c. 1. de treug.
192. & pace. Et quæ non prosunt * singula multa iuuant c. cùm causam 13. gl. fin. ibid. de probat. l. 2. ff. de excusat.
193. tutor. Quæ autem * non obsunt singula multa nocent. c. cùm haberet, extra de eo qui dux. in matrim. quam polluer. per adult. l. Nesennius, ibi, maximè, & leg. fin. ff. de neg. gest.

6. §. VENIAMVS IGITVR AD SOLVTIONEM.

SVMMARIA.

1. *Violentiam multiplicem quis circa eandem rem potest eidem inferre.*
2. *Violentia octo modis inferri potest, vt num. 3.4.5,6.7.8.9. & 10.*
11. *Violentia omnis fit cum quadam iniuria patientis.*
12. *Propter iniuriam criminaliter agi potest ad vindictam.*
13. *Iuramento statur deprædati super bonis per violentiam ei ablatis.*
14. *Pluralitas delictorum diuersæ speciei exigit diuersa iudicia.*
15. *Delictum vnum pœnam ob aliud non diminuit.*
16. *Plura vulnera si quis eodem tempore alicui inflixerit pro eorum numero pœna multiplicabitur.*
17. *Delicta diuersi generis ex interuallo commissa omnia sunt punienda. Idq; in Iudæo exemplificatur.*
18. *Contra Iudæos rigor iuris & non æquitas scripturæ seruatur.*
19. *Delicta plura si ratione vnius finis committerentur, vnum esse fingerentur, sed delinquens pœna maioris delicti puniri debebit, vt nu. 20.*
21. *Pœna insultus & armorum confunditur cum pœna vulneris.*
22. *Temporis continuatio non sequitur delictorum pluralitatem.*
23. *Iudæus, qui plures falsitates, ad vnum effectum tendentes diuerso tempore commisit, pluribus pœnis venit puniendus, secus tamen si eodem tempore commisset, vt nu. 24.*
25 *Ictu vnico si quis plura committat delicta, in eo punitur, quo videlicet pœna excedit.*
26. *Ex violentijs diuersis criminis diuersa & actiones nascuntur diuersæ.*

Delicta

27. *Delicta quædam sunt nominata, quædam innominata, sicut etiam in contractibus.*
28. *Delicta nominata sunt furtum, homicidium, adulterium & similia.*
29. *Delicta innominata dicuntur, vt percutere, verberare, domum intrare ac id genus alia, quæ sunt nomina actus non autem delicti, num. 30.*
31. *In actu semper inspicitur quod licitum est, siue sit principium siue finis.*
32. *Principium si fiat in vno territorio, & finis in alio semper attendimus finem.*
33. *Finis si habeat necessariam à principio dependentiam, tunc attendimus principium, id si minus ostendatur secus dicendum esset, vt nu. 34.*
35. *Persecutio, id est,* Nacheil *extra territorium continuando, contra grassatores, prædones & latrones qui agricolas miserè concutiunt, de constitutione Imperali concessa est.*
36. *Delicta diuersa animo diuerso commissa sunt.*
37. *Animus qualis à principio fuerit actus sequens ostendit, quod exemplificatur, vt num. 38.*
39. *Animum occidendi dicitur habuisse, qui instrumento ad occidendum apto fuerit vsus.*
40. *Vulnus certo & destinato modo infligi non posse aliquis scire debet, si enim aliter sentiremus multa homicidia remanerent impunita, vt num. 41.*
42. *Affectus pro effectu regulariter non punitur, sed pro effectu in atrocissimis delictis punitur.*
43. *Conatus punitur pro effectu, si quis veneno aliquem necare voluerit.*
44. *Conatus extra ordinariè punitur, si quis ad proximum peruenerit actum.*
45. *Instantia prima finita exceptio litis pendentiæ censebitur amota.*
46. *Reus æque, vt actor remedium diffinitiuum petere potest.*
47. *Instantia suspenditur si de emergentibus dubitetur.*
48. *Reus nequit conueniri, si aliquo tutus fuerit priuilegio.*
49. *Exceptio rei facto competere desinens, à principio malè dicetur proposita, sed iudex ad vlteriora procedendo, exceptiones tacitè intelligitur reiecisse, vt nu. 50. Nisi per subterfugia actoris instantia perierit, nu. 51.*
52. *Crimine probato, sequetur condemnatio.*
53. *Actoris intentio, quam reus peremptoria elidere conatur, fundata esse debet.*
54. *Rei exceptio, quam actor replicatione intendit confutare, est demonstranda.*
55. *Irreleuantia nec admitti nec probari debent.*
56. *Criminatione pendente rei nomen non intelligitur abolitum esse.*
57. *Abolitio dicitur, si reus numero eximatur reorum, & accusationis memoria aboleatur.*

A obo-

58. *Abolitio fit tribus modis remißiuè.*

59. *Abolitio lege fieri dicitur, si actor post mortem rei intra quinquenuale tempus accusationem non peregerit.*

60. *Abolitio in causa quoq; ciuili procedit. Idq; exemplo docetur.*

61. *Instantia finita quoquo modo vltra quinq; annos agi non poterit, ex Papin. responso.*

62. *Actor triennnio à lite desistens renunciasse intelligitur nec præscriptio censetur interrupta.*

63. *Litis contestatio ei prodest qui causam ad finem duxerit.*

64. *Præscriptio respectu rei dicitur fauorabilis.*

65. *Præscriptiones vt litium sit finis inductæ sunt maximè si quis agendi habuerit potestatem negligentia arguitur, vt nu. 66.*

67. *Ob turpitudinem status ac temporis finem ad accusationem quis non admittitur.*

68. *Præscriptione qui liberatus est, dicitur ei similis qui satis fecit.*

69. *Iniuria si cui fiat in actu super quo litigatur tunc iniuriarum iudicium suspendi debet, donec actus super quo lis est terminetur.*

70. *Turpilliani pœna licet in crimine stellionatus vel expilatæ hereditatis vel furti vel iniuriarum non habeat locum, Attamen in huiusmodi extra ordinarijs delictis iudicis officium obtinet, nu. 71.*

72. *Reus condemnabitur, si eum vim intulisse ex actis constiterit.*

73. *Vim expulsiuam committens, & bona solum mobilia aufferens, interdicto vnde vi aduersus eum agi potest.*

74. *Vim committens ablatiuam bona mobilia auferendo actione vi bonorum raptorum tenetur.*

75. *Procuratur falsus dicitur qui habuit mandatũ quod postea reuocatũ constet.*

76. *Procurator falsus dicitur, si fuerit substitutus à non habente substituendi potestatem.*

77. *Substituere procurator non potest ante litem contestatam.*

78. *Procurator extincto principali suo, nouum à successore mandatum ostendere tenetur.*

79. *Vetitum tribunal non dicitur si iudex competens adeatur.*

80. *Iudicem qui temerè adit incompetentem in expensis & interesse ab eo condemnabitur.*

81. *Spoliatio non dicitur quid continuatum.*

82. *Iurisdictionis speciem si quis affirmet se poßidere, tunc non extenditur ad alium actum sub specie diuersa positum.*

Iurisdi-

83. Iurisdictionis actus in vna specie gestus non extenditur ad ius vniuersale, maximè vbi alius vniuersaliter possideat, num. 84.
85. Iurisdictio contentiosa ab eo qui territorium non habet exerceri nequit, cùm territorio cohæreat.
86. Delictum non velatur propter litis pendentiam.
87. Remedio nouo indigent quæ de nouo emergunt.
88. Possessoris conditio lite pendente non fit deterior.
89. Actio aliàs non transmißibilis per litis pendentiam fit transitoria ad hæredem.
90. Possessio ei reparari debet, quem constat per violentiam exclusum, maximè id procedit si ab expulsore non poßideat, sed à tertio, vt num. 91.
92. Poßidentis conditio in re dubia melior est.
93. Remedia plura si competant, vno sublato alterum valet subsistere.
94. Litis pendentia non præiudicat alij separato casui.
95. de Nouo quæ emergunt nouum exigunt remedium.
96. Venationis & aucupij ius inter se specie differunt idq; pulchrè exemplificatur.
97. Ex separatis nihil infertur.
98. Intellectus l. nec quidquam §. vbi decretum de offic. pro cons. quando videlicet præceptum executiuum post latam sententiam interpositum valeat.
99. Alchimiam quilibet licitè exercere potest.
100. Metalla omnia ex eodem fonte videlicet sulfure & argento viuo profluunt.
101. Metallarij non sunt reprehendendi sed potius laudandi qui labore proprio sibi & Reipub. commoda adferunt.
102. Iudicij secundi effectus plenior est quam prioris.
103. Magis potens ad se trahit quod minus potens est.
104. Maius per minus impediri non debet.
105. Criminale iudicium principaliter intentari & ciuile incidenter per officium iudicis.
106. Cumulatio criminalis & ciuilis æquè principaliter conceditur, si quis ad mortem condemnetur.
107. Iudex quod potest non debet contrariari, sed quod secundum iudicij naturam tenetur.
108. Iudex si iurisdictionem suam non ignoret, sed eius qualitatem vel modum valet processus.
109. Defensionem iuris naturalis iudex omittere non potest.
110. Iudex qui vel consanguinitate vel amicitia vel hostili odio ducitur indicando peruertit iudicium Christi, qui est ipsißima iustitia.

111. *Naturalis causa semper inspicitur.*
112. *Ex naturali iustitia casum magis probare sufficit quàm attenta ciuili solemnitate.*
113. *Iudicium vnum quod ex altero non dependeat fieri potest.*
114. *Ratio contraria si non potest dari, sed diuersa tunc non dicitur contraria dispositio.*
115. *Ratio diuersitatis si non reddatur, non sufficit casus diuersificare.*
116. *Sententiæ diuersæ ferri debent super diuersis.*
117. *Libellorum ordinem iuris ordo sequitur.*
118. *Litis contestatio requiritur, vbi iuris ordo seruandus erit.*
119. *Vltimum quod est in conclusione, debet sequi in decisione.*
120. *Tota libelli vis eiusq; substantia ex conclusione pendet.*
121. *Libelli conclusio indictione, peto, consistit non autem in verbis narratis.*
122. *Possessorium respectiuè dicitur ad petitorium, & finis possessorij est principium petitorij, num. 123.*
124. *Ratihabitio antè actorum per actus extrinsecos declarari potest.*
125. *Possessio sine speciali mandato per liberam personam nobis non acquiritur.*
126. *Interdictum vnde vi habere dicitur, qui suspicatur se repelli posse.*
127. *Ratum qui habuit quod non mandauit, tria requiruntur vt contra eum agi possit.*
128. *Ratum quis habere potest, quod in sui præiudicium gestum est.*
129. *Dominus pro seruo suo tenetur si commodum inde sentit.*
130. *Quilibet sine mandato agens admittitur, si de possessione quam absentis nomine detinebat. fuerit eiectus.*
131. *Intellectus huius dicti, se repelli posse suspicatus est, in eo consistit, quando timor est respectu ipsius possessionis, secus dicendum si quis in persona sua timeat offendi.*
132. *Vim facere is eo ipso censetur, qui contra dicit.*
133. *In facto plus est quàm verbis mentem declarare.*
134. *Voluntas hominis talis præsumitur qualis ex actis colligi potest.*
135. *Turbatio qualiscunque in hoc iudicio sufficit, & per quemcunque modum sit facta.*

VEniamus igitur ad solutionem quæsitorum & præmitto ad euidentiam, quod idem
1. eidem * potest, circa eandem rem successiuo tempo-

tempore multiplicem inferre violentiam scilicet turbatiuam, inquietatiuam & expulsiuam, vt patet ex not. in l. extat. ff. quod met. caus.

ADDITIO. 83. Multis & quidem * octo modis violentiam quis committere posse refert insignis famosissimus ille interpres Ant. Gomezius variarum resolutionũ tom. 3. cap. 4. tit. de violentia. Quæ hic paucis adijcere lubet. 2.
Primò dicitur quis inferre * violentiam cum armis aufferendo alicui bona vel vim inferendo, licèt eum non possit vincere & deprædari, nec delictum ad effectũ perducere, & punitur deportationis pœna & confiscationis omnium bonorum text. in l. 1. & tot. tit. ff. ad leg. Iul. de vi & vi armata. Vbi Bart. & communiter scribentes text. in l. 1. glos. ibid. ordinaria ibiq; Dd. illo tit. 3.
Secundò committit * quis violentiam in casibus iam relatis sine armis, & tunc etiam committit crimen publicum violentiæ, & punitur pœna confiscationis tertiæ partis bonorum & vtrobiq; fit infamis, per supradicta iura & tex. in §. item Iulia de vi Instit. de public. iudic. nec potest esse Iudex, Senator vel alium honorem obtinere l. 1. ff. de vi priuata. 4.
Tertiò * quis in alium dicitur violentiam committere, cum vel sine armis aufferendo ei propria authoritate rem aliquam mobilem vel immobilem & tunc incidit in pœnam l. si quis in tantam C. vnde vi: modo sit res inuasoris propria, modo alterius, & modo credat sibi de iure licere, modo non: ita declarat glos. ordina. Odofred. Petr. Cyn. Iac. Butrigrad. Bart. Bald. Angel. & Salic. Et pœna huius legis procedit tam in fœminis quàm masculis tam milite quàm rustico. Est namq; contra ius naturale, quod illis ignorare non licet l. venia C. de in ius voc. & not. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. latè Ioan. Schneid. in §. ita tamen nu. 7. Instit. de vi bon. rapt. quò 5.

loci etiam contra pupillos obtinere eleganter comprobat.
6. bat. Quartò violentia * in alium committitur, cum vel sine armis capiendo vel eripiendo ei bona mobilia, & tunc tenetur vi bonorum raptorum actione, vt pœnæ quadrupli infra annum, in qua inest rei valor, & persecutio, post annum verò tenetur in simplum & restitutione rei valoris eius text. est in l. 1. & per tot. tit. ff. & eod. vi
7. bon. rapt. Quintò circa possessionem * quis in alium violentiam committit, eam scilicet propria authoritate capiendo, tunc tenetur interdicto vnde vi, quod recuperandæ possessionis causa competit ei, qui per vim de possessione fundi, vel ædium deiectus est, & generale interdictum restitutorium, quod generalis dicitur iurisdictio l. vlt. C. vnde vi, Iacob. Cuiac. in paratit. hoc eod. tit. Sed hac de re in vers. fin. huius disputationis plura dicentur.
8. Sextò quis metum committit in alium * & violentiam compulsiuam infert, per quam alium compellit, ad vendendum, donandum, vel contrahendum, & tunc actus mero iure valet, sed debet rescindi actione quod metus causa tex. est in l. 1. & tot. tit. ff. & C. quod met. caus. Septi-
9. mò violentiam * quis in alium committit, quando est creditor alterius, in re vel pecunia & illam eripit ei per vim, nam tali casu amittit debitum suum tex. est singul. in l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi priuata Nam si hoc faceret propria authoritate, censeretur sibi in propria causa ius dicere contra l. vnic. C. ne quis in prop. caus. Octauò &
10. vltimò dicitur quis * inferre violentiam, quando post lit. contestat. in causa fin. regundorum occupat aliquam partem fundi alterius propria authoritate, & ibi ponit confinia, quia amittit illam partem, & tantundem de suo tenetur dare aduersario text. est in l. si constiterit C. fin. regund.

11. ITem omnis violentia * est cum quadam iniuria personæ patientis l. itaq; fullo ff. de furt.

ADDI-

ADDITIO. 84. Sic propter iniuriam * quis potest 12.
criminaliter agere ad vindictam, si volet, per tex. in d. l. prætor edixit §. si dicatur ff. de minorib. Bart. ibid. gl. in l. fin. verb. pœnam de priu. delict. Idem Bart. in l. senatus nu. 3. de accusat. vers. istorum opinio. Deinde etiamsi lacessitus occasione violentiæ cōmissæ aliqua bona amiserit * tunc ab inuasore potest æstimationem consequi, 13.
super quo ipsius deprædati iuramento statur, text. est insignis in l. si quando C. vnde vi & in c. fin. Quod met. caus. vtrobiq; scribentes & Canonist. & iuxta Bart. in l. 1. §. vnde quæritur, vers. tertia regula ff. de public.

ITem pluralitas delictorum præsertim diuersæ speciei exigit diuersa iudicia, * vel vnum in 14.
quo omnia complectantur l. prętor edixit §. si mihi plures ff. de iniur. l. generaliter §. pen. ff. de calumniat. & l. fin. ff. eod. & l. nunquam plura ff. de priuat. delict. l. vulgaris in prin. ff. de furt.

ADDITIO. 85. Iuris est indubitati quod vnum delictum * non minuat pœnam ob aliud. Idq; Vlpian. in 15.
d. l. nunquam plura ff. de priuat. delict. sic exemplificat, si quis surreptum seruum flagello ceciderit, duabus tenetur actionibus furti & iniuriarum, & si forte hunc eundem occiderit tribus actionibus tenebitur, eam ob rem quòd actio leg. Aquiliæ sit alterius æstimationis: Alterius verò conditionis ex causa furtiua Bart. & Dyn. in d. l. nunquam plura, tradunt * si quis eodem tempore alicui 16
plura vulnera inflixerit, quòd pro eorum numero pœna multiplicari debeat Socin. cons. 63. nu. 9. vol. 1. incip. in præsenti consultatione: respondit plura delicta diuersis temporibus commissa, puniri debere plurib. pœnis.

ſecus ſi eodem tempore l. illud §. fin. ff. ad leg. Aquil. His ex fundamentis, à nobili & magnifico viro quodam con-
17. ſultus reſpondi contra Iudæum, * qui atrox ſcelus cum homine Chriſtiano in ditione quadam haud incelebri patrauerat, & diuerſo tempore ſine ſaluo conductu in eam, negociandi vel potius fœnerandi cauſa ingreſſus fuerat, & ſic delictorum ſeparatio interuenerat, ideo duplici pœna illum exiſtimaui afficiendum, gl. in d. l. nunquam plura. verb. occiderit. de priuat. delictis. Quæ res nullam penitus in iure habet difficultatem, præcipuè ſi delicta generis diuerſi ex interuallo committantur, quin omnia ſint punienda Iul. Clar. §. fin. Quæſt. 84. verſ. alius eſt caſus. Sed Iudæus ille, ſumpta ab eo vnica duntaxat pœna, fuit dimiſſus, & fortaſſis malè præſertim in delictis tempore diuerſo & ad ſeparatum finem commiſſis. Secundum notata ex pertiſſimi Iodoci Damhouderi in ſua eleganti rerum criminalium praxi. cap. vlt. nu. 23. quò loci reliquit teſtatum, ſicut crimina ſunt diuerſa, ita ex illis ſupplicia quoq; diuerſa inferuntur, & hæc apud varias natio-
18. nes haud parua etiam diſcrimina reſpiciunt. Quippe * aliàs contra Iudæum rigor iuris ſeruatur & non æquitas ſcripturæ per gl. ſing. quam ibi ponderat Ant. de Butr. in c. 2. extra de Iudæ. ita Socin. ſen. d. conſ. 63. nu. 17. vol. 1. in terminis longè debilioribus contra Eliam quendam Iudæum conſuluit, de quo ſequent. Additione ad rem aliqua habentur.

SEcus ſi eſſet vnum delictum continuatum
19. vel plura * delicta ratione continuationis vel vnius finis fingerentur vnum & idem vt not. ff. de iureiuran. l. cum qui §. in popularibus ff. de action. & olig. l. 2. & C. vnde vi l. 1. in fin.

mag.

mag. glosæ, vbi not. quod plura facta censentur vnum, quia vno tempore facta sunt.

ADDITIO. 86. Sicubi delicta eodem tempore commissa fuerint, quæ ad eundem tendunt finem punitur delinquens * solùm modo pœna maioris delicti, ad cuius 20.
rei euidentiam Iul. Clar. d. §. fin. Quæst. 84. vers. alius est casus: ponit exemplum, Si in ciuitate tria extent statuta, vnum puniens delationem armorum in centum, aliud puniens insultum in centum: aliud. vulnus in centum puniens. Et quis insultet alium cum armis & vulneret, certè non est in istis pœnis omnibus puniendus, sed pro vulnere solùm punietur in centum. Quia pœna 21.
insultus * & armorum confunditur cum pœna vulneris, ita colligitur ex glos. in l. qui de crimine verb. plurima C. de accusat. quam sequuntur Dd. teste Hyp. de Marsil. l. si in rixa, num. 15. ff. de sicar. in simil. Bart. in l. inficiando §. infans ff. de furt. num. 3. vers. siquidem plures testes, concludit vna pœna esse quem puniendũ, qui produxit plures testes ad vnum effectum, & vna est productio, & pro vno tantum delicto punietur arg. l. illud ff. ad leg. Aquil. vnde Alban. in addit. ibid. decidit eum qui ad vxorem alterius pluries accedat, vna tantum pœna puniri, & ratio potest hæc esse, quòd temporis * continuatio 22.
non sequatur delictorum pluralitatẽ Bart. in d. §. infans nu. 1. vers. modo circa illum, &c. de qua materia multa loquuntur Abbas & Felin. in c. sicut nobis de testib. Socin. sen. d. cons. 63. not. 8. lib. 1. dicit in l. quicunq, C. ser. fugit. Sed tamen Sociu. d. loco contrarium respondit iudicandum aduersus Iudæum * qui plures falsitates 23.
ad vnum effectum tendentes, diuerso tempore commiserat. Ideo pluribus pœnis esse puniendum iuxta gl. in d. l. nunquam plura, quam etiam communiter approbari tenet Boer. decis. 82. nu. 10. Ibi, quando temporibus diuersis plura delicta ad vnum quoq; finem tendentia fuerunt

runt commiſſa, cit. Ioan. de Anan. in c. fin. 7. verſ. tangit hic dominus meus de Anchor. extra de collus. detegend. & Alberic. de Roſate in 2. part. ſtatutorum quæſt. 28. At
24. ſecus ſi Iudæus * eodem tempore deliquiſſet d. l. illud §. fin. ad. leg. Aquil. Socin d. conſ. 63. nu. 9. Deinceps quę-
25. ritur, ſi quis vnico ictu plura committat delicta, * an pluribus pœnis ſit puniendus? Ad hoc videtur texr. l. 1. ff. de vi bon. rapt. de committente rapinam qui etiam dicitur committere furtum, vnde ſi puniatur pro furto, puniri quoq; poterit pro rapina in eo, quo videlicet pœna excedit. Hinc Bart. ex d. l. 1. infert, vbi duo delicta ex eodem facto deſcendentia ſe habeant, vt genus & ſpecies, pœnæ inuicem tolluntur, quatenus concurrunt & non vltra, ſed ijs qui ex delicto tenentur, præcluſum eſt moderationis beneficium, ita vt vniuerſum quod intereſt præſtent, l. interdicto ff. de vi & vi arm. l. ſi quis vxori §. ſi ſeruus qui ſurreptus eſt ff. de furt. l. ait & l. quanti is homo & l. in de Neratius ff. ad leg. Aquil. ſequitur Gabr. Mudæus. ad Tit. de act. empt. & vend. cap. pen. nu. 54. Nam ex frequenti delicto augetur pœna l. 3. C. de Epiſcop. audien. & l. quicunq;, de ſer. fugit. Beluiſ. in pract. crim. lib. 3. cap. 16. num. 7. per multa ibid. alleg. Quòd autem Iudęi Chriſtianos frequenter decipere ſoleant. Hoc apud eos non eſt tam rarum quam grauiter deteſtandum, vid. Iul. Clar. in §. vſura verſ. Hæc autem concluſio.

26. EX prædictis apparet, quod ex * diuerſis violentijs, diuerſa crimina & diuerſæ actiones natæ ſint, & ad inuicem ſeparatæ in origine & in concomitantibus originem, putà in tempore delictorum, & ſunt delicta diuerſorum generum.

ADDI-

ADDITIO. 87. Huc non inepte facere videntur, quæ scripsit Bart. in supra d. leg. nunquam plura, num. 4. de priuat. delict. Quòd sicut in * contractibus 27.
sunt quidam contractus nominati & quidam innominati, ita in delictis sunt quædam delicta nominata & quædam innominata, vt not. leg. in priuatis ff. ad Turpillian. Inde quædam habent * nomina à iure, vt furtum, 28.
homicidium, adulterium & similia, quæ sunt delicta diuersorum generum Andr. Barbat. ibid. in addition. verb. delicta nominata plures in hanc sententiam refert authoritates. Alia sunt delicta innominata, in * percutere 29.
verberare, domum intrare ac id genus alia l. lex Cornelia ff. de iniurijs. Hæc enim sunt nomina actus * non autem 30.
delicti, quia possum percutere etiam sine delicto, & ingredi domum etiam sine delicto, sed non possum committere furtum, homicidium & adulterium sine delicto Bart. citato loco. Quò circa notandum, si principum fuerit licitum * & finis illicitus, velècontra attendimus id 31.
quod est licitum, siue sit principium siue finis, Bart. in l. quod ait lex §. fin. ff. de adulter. præsertim, si vel finis vel principium magis reo siue defensioni faueat, sed quando principium est in vno * territorio & finis in alio, semper 32.
attendimus finē l. quis sit fugitiuus §. Cecilius ff. de ædil. edict. & Alex. cons. 57. vol. 3. Ias. in l. pleriq; ff. de in ius vocan. quò loci Baldum pro & contrà citat, & in hoc passu an attendatur finis vel principium Alciat. reg. 2. præsumpt. 52. eleganter distinguendo scribit, quòd si finis habeat * necessariam dependentiam ad principium l. 3. §. 33.
scio vbi Bart. declarat ff. de minorib. Sin * verò finis non 34.
habeat necessariam consequentiam ad principium tunc finis ipse attenditur l. 3. §. si quis ff. de ritu nuptiar. Prædicta me ad vnum passum non inconuenienter hoc loco adijciendū mouent. Imperialis constitutio Anno 1559. celebrata statuit in §. vnd dieweil/cum sequentibus contra

palantes equites & pedites, contra grassatores prædones & latrones, qui agricolas miserè concutiunt, exedunt, bonisq; euertunt, & à nullo insolentiæ ac maleficij genere sibi temperant. Exinde quilibet magistratus offensus, eiusmodi facinerosos in suo territorio extra territorium prosequi & eò loci vbi apprehenduntur, iuri sistere po-
35. test, Also ist die Nacheil zugelassen/ hoc est, persecutio * contra delinquentes extra territorium permittitur fac. ad hoc text. in l. 1. C. vbi quis de curiali vel cohortali, aliaúe condit. conuenia. tex. notab. in c. 1. §. si iudex, de pace tenend. & eius violat. & in d. l. quod ait lex. §. vlt. in fi. ff. de adult. Ad hoc quod persecutio capiendi in proprio territorio continuari possit extra territorium, plura sunt apud Gail. de pace publ. cap. 4. nu. 36. & seqq. & cap. 16. nu. 25. & 26. lib. 1. eò pertinet antecitata traditio Alciat. d. reg. 2. præsumpt. 32.

ET quia separatorũ ratio est separata l. si maritus C. de donat. int. vir. & vxor: videtur quod separata iudicia & corã iudicibus separatis ordinarijs potuerunt intentare, sicut enim de vi ex pulsiua noua actio oritur ita & actio ciuiliter formata, & condemnatio, quia diuersa de-
36. licta * & diuerso animo commissa sunt ff. de neg. gest. l. Pomponius in negocijs cum l. seq. & leg. eum actum §. fin. & leg. at qui natura §. Scæuola ff. de adminiſt. tutor. leg. tutor qui tutelam ff. de tutel. & ration. distrah. leg. si filius.

ADDI-

ADDITIO. 88. Actus sequens ostendit * qualis 37.
à principio fuerit animus, Idem Bald. noster in l. quicunque coll. pen. C. de ser. fug. Nellus in tract. Bannit. 3. parc. 2. tempor. quæst. 24. Iason. in §. ex maleficijs Instit. de action. Inde quæritur si aliquis * vulnerandi animo 38.
quem percusserit, & eum præter mentem occiderit, an de homicidio teneatur? respondetur quòd sic, maximè si vsus fuerit instrumento ad occidendum apto, vt ense vel hasta Cœpol. cons. 34. & seq. in fi. dicit quia & si habuerit * solum vulnerandi animum? attamen cùm 39.
vsus fuerit tali instrumento, perinde est ac si animum habuisset occidendi secundum ea quæ scribunt Bald. & Salic. in l. cùm mandati sub fin. C. mand. vbi * decidunt 40.
mandatariū de homicidio teneri. Nam in effectu sciuit vel scire debuit, quòd certò & destinato modo, vulnus infligi non queat. Si enim aliter iudicaremus, Sanè res in pessum abiret, & infinita * homicidia remanerent impunita 41.
per not. Bossij in tract. criminal. tit. de homicid. nu. 71. per multa ibid. alleg. bono enim exitu non præsumuntur perfici, quæ malo inchoata sunt principio c. principatus 1. quæst. 1. & c. miramur 61. dist. Rursus alia quæstio hic incidit, quæ à prædicta non vsq; videtur dissimilis, ita habens, vtrum * affectus sine subsecuto effectu 42.
puniatur, & regulariter quod non, Specul. in tit. de accusat. §. 1. vers. sed quid si primò. Marsil. cons. 51. incip. licèt nedum plenè col. 5. nu. 14. Anton. Galeat. inter consil. criminalia respon. 110. num. 38. vbi tamen adijcit de consuetudine Italiæ ita obseruari, Idem testatur Bossius d. tit. de homicid. nu. 4. In dubium * trahi posset, num 43.
isthæc doctrina in atrocissimis delictis locum sibi vendicet, Satius namq; apparet affectum puniri, etiamsi effectus non sequatur gl. in l. 1. §. hæc autem verba in verb. putamus ff. quod quisq; iur. Felin. dicit esse communem in c. 1. nu. 9. vers. limita secundò de offic. de leg. vt si quis

 aliquem

aliquem veneno voluerit necare, tunc punitur conatus licet non sequatur effectus Boer. dicit esse communem. de seditiosis in 7. præsuppoſito nu.42. Idem tradit Igneus in l. 1. §. occiſorum nu.41. ff. ad Sylleian. vbi dicit ſe pluries ita obſeruari vidiſſe Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 92. ſub
44. fin. ſcripſit diſtinguendo, nempe * ſi quis deuenerit ad actum proximum quòd tunc conatus extraordinariè ſit puniendus per alleg. ibid. Exinde in notabili caſu impudica & vilis fœmina, quę exhauſta venenata quadam materia, fœtum in vtero ſuo perimere conabatur, & ſic ad proximum actum deueniendo, poſt editum partum flagellis cæſa, & extra prouinciam perpetuò relegata fuit.

45. PRæterea inſtantia * prima finita amota eſt exceptio litis pendentis, & iudicium poſterius formatum, quia ſi reus exceptione pendente deſinit exceptionem habere leg. quæſitum in princip. ff. de pecul. leg. ſi cùm except. §. ſed ſi quis per vim ff. quod met. cauſ. Cùm reo ſit
46. imputandum, * cur non inſtituit, adeò, vt non fineretur inſtantia, potuit enim ipſe ſicut poterat actor, petere diffinitiuum remedium l. properandum §. 1. C. de Iudic.

ADDITIO. 89. Probè tamen animaduertendum,
47. quod inſtantia * ſuſpendatur, ſi de emergentibus dubitetur, ac in controuerſiā principalis cauſæ veniant l. petendæ vbi Bart. declarat C. de temp. in integr. reſtit. & in l. contra maiores C. de inoffic. teſtam. & l. 2. §. non ſolùm ff. ad Tertul. ad hoc etiam conſiderandum ſi reus aliquo iuris impedimento fuiſſet impeditus quia reus poſt modum

dum aliquod * priuilegium consecutus esset, quo for- 48.
tassis cautum liqueret vt reus conueniri nequeat, Bald.
noster in l. quoties C. de precib. Imper. offeren. ac Fran.
Aretin. cons. 100. in prin. per alleg. apud. Marant. in speculo de ord. Iud. part. 5. nu. 31.

QVòd si non fecit suo facto exceptionem litis pendentis & iudicis primo aditi, perdidit. Ergo cùm exceptio declinatoria Iudicij sit absorbta, & paria sunt exceptionem non esse oppositam, vel esse desertam, vnde exceptio quæ desijt * competere facto rei, videtur à princi- 49.
pio malè proposita, & fingitur actor benè & ritè egisse l. si rem la. 1. §. fin. de pig act. & l. tigni §. fin. ff. ad exhibend.

ADDITIO. 90. Nec iudex necesse habuit super ijsdem pronunciare, cùm satis * videtur eas exceptiones tacitè 50.
reiecisse ad vlteriora procedẽdo c. ex parte el. 3. de appellat. vbi Felin. & Dec. l. à procedente Bart. ibid. C. de dilat. Philip. Franc. in c. 1. ad prin. de restit. spol. in 6. Ias. in l. 2. ff. si quis in ius voc. Nisi facto actoris * per subterfu- 51.
gia & cauillationes instantia perierit, quò minus rei exceptio opponi poterat, iuxta ea quæ notauit Hier. Cagnol. in l. ea est natura nu. 9. ff. de reg. iur. per Alex. cons. 42. vol. 3. & Roman. cons. 220. latè respondit. Dec. cons. 356. ante med.

ITem peremptoria nulla obstat, cùm sit crimen * probatum debet sequi condemnatio l. 52.
cum reis & l. qui sententiam C. de pœn.

53. ADDITIO. 91. Quapropter ante omnia necessum est * vt actoris intentio, quam reus peremptoria elidere intendit rectè sit fundata l. exceptionem C. de procurat. & l. siquidem C. de except. & c. de testib. ext. de testib. vbi gl. final. Similiter nec actor replicationem probare tene-
54. tur, nisi prius rei exceptio * constet probata, quam actor replicatione conatur elidere. Eiusmodi autem replicationis probatio, admitti debet cùm exceptionem elidit Angel. Instit. de replic. in prin. nu. 10. Specul. in tit. de except. & replic. §. fin. post princip. & in §. 2. §. sed de qua
55. & in §. hoc quoq; eod. tit. Secus verò si nihil releuet, * eo casu nec admitti nec probari debet. Dec. in c. debiti per illum text. nu. 4. de except. Si tamen volet, actor replicationem suam prius probare, quàm reus exceptionem Angel. d. loco Abb. in c. à nobis nu. 2. de except. vbi tamen Imola scri-ptum reliquit num. 6. veris existentibus ambabus, exceptionem prius probandum esse nisi excipiens suam intentionem, fundatam habeat.

PRæterea etiam si primum iudicium suspenderet secundum, tamen cessante causa, antequam sit reus ab obseruatione iudicij liberatus suspensio cessat, etiam ex eodem libello
56. sententiari potest, quia nomen * rei non erat abolitum criminatione adhuc pendente, vt d. l. is qui reus §. inchoatas ff. de pub. iud.

57. ADDITIO. 92. Dicitur * abolitio qua reorum numero eximitur reus & accusationis memoria aboletur l. si interueniente 12. sub fin. ff. ad S.C. Turpillian. Bart. in l. aut priuatim 10. ff. illo tit. quò loci Accursium contra Cyn. defendere videtur, vbi etiam docet, quibus modis abolitio

abolitio fiat, Sed Wesenbec. pulchrè in parat. nu. 10. ff. eod. per disertos tex. ibid. citatos triplici modo * abolitio- 58. nem fieri expendit. cuius secundum abolitionis modum, qui scilicet lege fit, in facto non exigui ponderis vidi practicari, & videtur alioqui casus haud facilis esse: constat namq; ex actis, in causa iniuriarum post mortem rei, actorem intra * quinquennale tempus accusationem non 59. peregisse, per text. in l. ab accusatione §. destitisse ff. ad Turpillian. Nihilominus tam prolixo instantiæ tempore finito, hæredes ipsius defuncti rei demum longas iudiciarij sufflaminis diuexationes suscipere coguntur contra liquidum text. in l. 2. vbi glos. dicit hoc etiam in causa * ciuili procedere ff. d. tit. Cui adstipulatur, Papinia. in 60. l. fin. Ibi, & in re pecunieria petitam esse diceretur ff. eod. tit. text. in l. is quem C. Ne de stat. defunct. glos. ibid. in verb. cœpisti, egregiè tradit, quod finita * instantia quo- 61. quo modo non poterit agi, vltra quinq; annos per l. 2. §. fin. ff. illo tit. ne de statu. defunct. quò loci I.C. Papinianus ex ingenij sui sublimitate eleganter decidit. Quod quinquennalis præscriptio non fiat irrita, si veterem causam desistente eo qui mouit, longo silentio finitam probetur glos. ibid. verb. longo silentio tenet. Quod isto casu litis contestatione (quæ ex aduerso ~~instar~~ Apollinis oraculum opponebatur) non perpetuetur actio, & secundum Azonem atq; Placentinum hanc adijcit rationem. Quia * actor destitit à lite triennio & sic renunciasse vi- 62. detur l. destitisse. C. de iudic. & per text. concord. ibidem, Cæteroquin vbi actor lite cōtestata spontè postea desisteret à lite, non diceretur interrupta præscriptio gl. est insignis in c. placuit, el. 2. §. hæc de præscriptionibus verb. interruptæ 16. quæst. 3. vbi dicitur ei prodesse litis * con- 63. testationem si duxerit causam ad fin. aliàs non arg. à contrario sensu l. vlt. C. de præscript. 30. annor. & §. omnem, Auth de litigios, ad fin. collat. 8. quam glof. Lud. Roman. solemniter, nec imeritò vsq; in cœlū extollit in l. si verò §.

de

de viro ff. solut. matrim. teste Iasone in §. pœnales Inst. de
64. action. Attento * quod rei respectu fauorabilis esse dicatur præscriptio, per Bart. in l. sicut C. de præscript. 30. an. tradit fauorem rei per lit. contestationem non tolli per
65. text. in l. si post acceptum ff. de rei vend. Sunt enim * præscriptiones inductæ vt litium sit finis l. fin. ff. pro suo. Tantò etiam magis, aduersæ partis arguebatur negligen-
66. tia eo ipso, * quod probatur quem agendi potestatem habuisse, & non fecit gl. est not. in c. si clericus verb. negligenter, de præben. in 6. & insigne dictum Archid. in c. 1. col. 4. dist. 13. Præsertim si actoris persona in ea sit conditione vt propter ipsius qualitatē à lite merito iure desistere oportet per text. alto celebrandum encomio in l. 1. §. accusationem post med. Ibi, an propter status turpitudi-
67. nem * temporisue finem. ad accusationem aliquam non admittatur ff. ad Turpilian. Quis non ex æquo censuerit maiore etiam odio eum videri dignum, qui non explorato præscriptionis iure ad tam improbam accusationem processit ita Wesenbec. per relata iura in parat. nu. 5. circa fin. ff. eod. tit. quò pertinet text. in l. si pupillus ad fin.
68. ff. de administr. tutor. eum videlicet, qui * præscriptione liberatus est, illi qui satis fecit similem esse. Superest & alia ratio desistendi à litē prædicta, quæ ex delicti qualitate venit animaduertenda Bart. in l. quæsitum verſ. quidam sunt casus ff. d. tit. ad Turpil. per l. Athaletus seruus ff. ad leg. Cornel. de fals. Vnde si qua foret iniuria illa facta erat in actu, super quo aliàs in diuersa litigatur instantia. Ex
69. quo * suspendendum est, tunc iniuriarum iudicium, donec actus super quo lis est terminetur Ioan. Faber. in §. iniuria nu. 2. sub fin. Inst. de inurijs, vbi tradit cauendū esse, ne hoc casu quousq; causa finita, Henning. Gode. cōs. 1. vol. 3. nu. 15. fol. (mihi) 188. pag. 2. per celeberrimum tex. in l. siquidē auiam tuam C. de iniurijs. Idem insignis ille Ioan. Borcholt. ad §. vlt. in fin. Instit. de iniurijs: adseuerans,

rans, ita quotidie in iudicijs pronunciari per alleg. text. in d. l. si quidem auiam. C. illo tit.. His ita concurrentibus quis non existimauerit tanta ex mutatione facti, totum ius mutari, secund. Alberi. de Rosate in l. si ex plagis §. in cliuo capitolino ff. ad leg. Aquil. citat text. l. ea est natura ff. de reg. Iur. Dec. in l. precibus C. de impub. & alijs substitut. Et licet pœnæ Senatus consulti Turpilliani locus esse minimè videtur, per ea quæ scripsit Bonifac. de vitalinis in tract. Criminal. sub tit. de pœna desistentis ab accusat. enarrans. nu. 3. Quòd in crimine * stellionatus 70.
vel expilatæ hæreditatis vel furti vel iniuriarum, pœna Turpiliani directa non habeat locum l. si quis §. stellionatus ff. eod. ad Turpill. Sed tunc * in his extraordinarijs 71.
delictis, iudicis officium obtinet pro delicti qualitate tex. in l. 3. ff. illo tit. Et ista de abolitione sufficiant exarata.

SED si iudex iam pronunciasset, non procedendũ & postea prima instantia esset peremta iam esset opus nouo libello, primo autem habito pro nullo l. libellorum §. quod si libelli ff. de accusat. Ex præmissis consulendo determinaui, & ita determino, reum * super inter- 72.
dicto vnde vi proposito & probato, esse penitus condemnandum.

ADDITIO. 93. Maximè si reus * per vim expulsiuam 73.
deliquerit. tunc interdictum vnde vi, aduersus eum competit, etiamsi bona mobilia rapuerit per l. 1. in prin. iuncto §. quòd autem ait prætor ff. de vi & vi armata. Secus verò si bona * mobilia per vim ablatiuam essent rapta, 74.
in eum casum actione vi bonorum raptorum esset agendum d. l. 1. §. hoc interdictum ver. illud ff. eod. tit. vni-

uersitas Ingolstadiensis cons. 24. quod est positum inter consilia Kirchouij, nu. 89. vol. 5.

SI sciebat illum esse procuratorem aliàs non l. si quis inficiatus ff. depositi.

ADDITIO. 94. Hic oportunè quæri posset quis ap-
75. pelletur * falsus procurator: & dicitur etiam is, qui habuit mandatũ, & postea fuit reuocatum c. in nostra Abb. ibid. de procurat. Idem si ante habitam mandati notitiam gerere incipiat Ioan. de Anania cons. 49. Vbi Ludou.
76. Bolog. in addit. Item falsus * procurator, si esset substitutus à non habente potestatem substituendi, vt potè à pro-
77. curatore ante lit. contest. quia * antè substituere non potest, sed postea l. quòd quis Dd. ibid. C. de procurat. & in c. 1. extra eod. in 6. Idem consuluit Ioan. de Anani. cons. 96. col. 2. vers. constat autem Gail. obser. 74. nu. 10.
78. & seq. lib. 1. Idem sentiendum si mandatum * per mortem principalis extinguatur. Clem. fin. de procurat. vnde si contra eiusmodi procuratorem non valeret sententia, nisi nouum à successore ostenderet mandatum Ias. in l. nulla C. de procuratorib.

MOdo restat respondere, quinq; rationibus inductis ad probandum, quod debeat diffinitiuè absolui, & quinq; alijs rationib⁹ inductis, quòd debeat absolui interlocutoriè ab obseruatione iudicij. Et ad primam rationem, de vetito tribunali respondeo: quòd vetitum tribunal dicitur, quando aditur iudex prohibitus cognoscere, vel iam pronunciauit se non esse iudicem, & actor iteratò redit ad eum in

eadem eausa, vt in Auth. habita. Secus si aditur Iudex, * cuius iurisdictio potest per exce- 79.
ptionem elidi, tunc enim non dicitur vetitum exameo, cúm à principio hic sit iudex competens. Item si non potest elidi, certum est de cōpetentia. Et per hoc respondetur ad secundam & tertiam rationem.

ADDITIO. 95. Præter ea quæ suprà de vetito examine circa deductionem dilatoriæ exceptionis patent discussa, signandum est. Quòd licet iudex respectu principalis causæ incompetens fuerit. Nihilominos quantum ad accessoria spectat intromittere se potest, vnde si quis per falsum rescriptum delegatum impetret, licèt ille iudex dicatur incompetens quia nulla ei datur iurisdictio per falsum rescriptum, tamen poterit in expensis impetrantem condemnare, ipsumq; incarcerare. Idem in * eo qui 80.
temerè iudicem adit incompetendem quia potest in expensis & interesse ab eo condemnari, Felin. in c. 1. col. 4. de Iudic. Abb. in c. dilectus el. 3. col. 1. de præbend. & Ioan. de Anania in c. super eodem col. 2. de crim. falsi. Marant. de ordin. Iudic. part. 4. dist. 8. nu. 2. & seq. quò loci paulò ante breuibus perstringit, quis iudex competens existimetur ac incompetens, &c.

AD quartam respondetur, quòd * spolitio 81.
sit crimen separatum, & non vnum ac idem continnatum.

ADDITIO. 96. Inde talis formari posset quæstio, si (inquam) controuersia super mero Imperio ventiletur, & hincinde actus possessorij eiusdem qualitatis, per arti-

culos deducãtur, in quibus actor multos bassæ, (vt aiunt) vel inferioris iurisdictionis actus capitulauit, sed idem actor eandem bassæ iurisdictionis speciem ad partem ream pertinere, apud acta ingenuè fatetur. Inde quæritur, vtrum actor partem ream in possessione bassæ iurisdictio- turbauerit nec ne. Et citra omne dubium, quòd sic: Nam
82. si quis * actum alicuius iuris possidere adfirmet, tunc extenditur ad alium subspecie diuersa positum & ita accipitur doctrina Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itin. actuq; priuato, quem sequitur Abb. consi. 71. nu. 13. lib. 2. vbi respondit in præscribenda iurisdictione probata quasi possessione certi actus, in illo tantum actu præscribet, non in alijs Bart. in d. §. si quis hoc interdicto, quia
83. exercitinm in vno articulo * ad ius vniuersale non extenditur, sed tantum præscriptum quantum possidetur c. cùm contingat de decim. Hier. de Mont. in tract. de fin. regund. cap. 78. nu. 11. & 15. quia exercitium in vno arti-
84. culo, ad totam iurisdictionem * non extenditur, allio vniuersaliter possidente Felin. in c. cùm auditis col. 5. de
85. prescript. Boër. decis. 227. nu. 4. & seq. decidit * quod iurisdictio contentiosa nequeat exerceri, qui non habeat territorium, cùm cohæreat territorio l. 2. ff. de offiic. præsid. per multa iùris fundamenta ibid. & sic in controuersia quadem non minus difficili quàm illustri consultus respondi.

86. ET ideo ex nouo delicto noua actio orta est nec * velatur delictũ propter litis pendentiam.

Additio. 97. Si qua de nouo accidant noua opus
87. erit actione. Enimuerò * quæ de nouo emergunt nouo indigent remedio tex. in l. 1. de ventr. inspic. & in c. nulli de elect. in 6. & per text. in c. cæterùm, de Iuram. calum. gl. in c. pastoralis de except. in verb. de nouo, & alia fundamen-

damenta per Gail. obser. 24. nu. 3. lib. singul. de pignorat. Insuper quòd Bald. noster in hac sua disputatione adijciat delictū propter litis pendentiam non velari eius rei suprà quoq; meminimꝰ, & infrà suo dicetur loco, quòd possessoris * conditio pendente lite non fiet deterior, per vulg. l. non solet ff. de reg. iur. Vbi satius probatur causam plerumq; fieri meliorem, eò quòd actio aliàs * non transmissibilis fiat transitoria adhæredem & contra hæredem §. penult. & ibi scribentes. Instit. de perpet. & temp. action. & in l. 1. vbi gl. C. ne ex delict. defunct.
88.
89.

ET ideo reparari debet * possessio ei quem 90.
constat per violentiam exclusum l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. vnde vi l. momentaneæ C. vnde vi c. imprimis 2. quæst. 1. & per hoc etiam respondetur ad quintam oppositionē.

ADDITIO. 98. Vt maximè hoc procedit * etiamsi 91.
expulsus non iure detineat, si modo non possideat, ab expulsore sed à tertio quodam. Nam possessionis commodū in eo est, quod si eius res non sit, qui possidet, dum tamen expulsor non potuerit rem suam esse probare remanet in suo loco possessio. Cùm etiam in re dubia * melior sit cōditio possidentis gl. in c. nulli dubium 12. quæst. 5. c. ex literis vbi Deci. de probat. Bart. in leg. si inter in fin. ff. de reb. dub. Laurent. Kirchoff. quondam recolendæ memoriæ præceptor meus consi. 8. nu. 9. vol. 5. inter consilia ab ipso collecta, 92.

NOn obstat prima ratio de absoluendo ab obseruatione iudicij, quia l. fin. C. de ordi. cognit. loquitur, vbi contrarię sint petitiones

actoris & rei, hic verò duplex actio, sed vnus actor.

ADDITIO. 99. Huic conuenire apparet, ista iuris do-
93. ctrina, sicubi plures * actiones vel remedia vni compe-
tant. Ideoq; vno iure sublato nihilominus alterum valeat subsistere l. si prius ff. de aq. plu. arcend. Maximè quando plura iura successiuè competerent, vt in terminis l. quoties duplici de reg. iur. tunc vno sublato non tollitur aliud, & rationem tradit Cagnol. in l. quoties nu. 4. C. de pactis, videlicet repudiationes strictè intelligendas esse.

94. ITEM non obstat * ratio de pendentia litis quia hic non pendet super eodem sed super alio non incluso in prima instantia, arg. l. non potest videri ff. de iudic. & leg. alterius §. de eo opere ff. de aq. plu. arcend.

ADDITIO. 100. Hic Baldus noster de separatis iuribus innuere velle existimatur. Ibi enim non probatur idem ius adesse nec concurrere, Ideoque alia instantia &
95. noua actione opus erit. Nam * quę de nouo emergunt nouo indigent remedio, tex. in l. 1. de ventr. inspic. & in c. nulli de elect. in 6. text. in c. cæterum de Iuram. cal. gl. in c. pastoralis verb. de nouo, de exceptionib. cuius doctrinæ pulchrum & in practica scitu dignum posuit exemplum Gail. obser. 24. nu. 3. lib. sing. de pignorat. Vt pote lis fuit instituta de iure venandi, pronunciatū contra pignoratorem, quòd iniquè casses & plagas, aut canes venaticos abstulerit, & aduersarium suum in iure venandi turbauerit: Idem pignorator post rem iudicatam, iterum in eodem loco aucupium exercet, & victorem ratione aucupij, captis ex integro pignoribus turbet. Quæritur

an

an turbāti obstet exceptio rei Iudicatę? Minimè,quia alia res. Nam ius venationis & aucupij * inter se specie differunt. 96. Propterea non sequitur habet ius venandi ergo etiam aucupij, quia hæc separata sunt, ex quibus nihil infertur, vulg. l. fin. ff. de calumniat. & l. Papinianus ff. de minorib. 25. an. Ideo tali * casu cessat ratio l. necquicquā 97. §. vbi decretum ff. de offic. pro consul. Ias. ibid. nu. 7. tradens, præceptum executiuum post latam sententiam interpositum valere Gail. d. obser. 24. nu. 2. Secus verò in connexis foret differendum, vt si vnum ab altero * ha- 98. beret dependentiam Deci. in l. quoties duplici nu. 4. de reg. iur. per l. illud. ff. de acquir. hæred. vbi repudiata hæreditate ab intestato, etiam ex testamento repudiata intelligitur. Hoc etiam non absurdè in re Alchimica exemplificari potest, secundum ea quæ Philosophicè scripsit Lancellot. Conrad. in suo tract. quem templum iudicū appellauit. lib. 1. cap. 1. §. 3. quæst. 24. sub fin. in hæc verba, quilibet * potest exercere Alchimiam, nam licèt videatur 99. tantum Deo conuenire, c. Episcopi §. quisquis 26. quæst. 5. Oldrad. cons. 79. in prin. per l. cùm post §. cum genero & ibi not. ff. de iure dot. quem sequitur Abb. in c. 2. de sortileg. nu. 8. quia vna species non mutatur in aliam diuersam. Cùm omnia metalla * procedant ex eodem fon- 100. te, videlicet sulfure & argento viuo ex concursu elementorum, & influxa astrorum vehementiori, pertiosiora gignuntur metalla, & sic ars imitatur naturam, vnde non sunt reprehendendi sed potius laudandi metallarij * qui 101. labore proprio sibi & reipub. commoda adferunt l. 1. C. de metall. lib. XI. & si hoc Deo attribuant non videntur peccare, Oldrad. egregiè cons. 74. incip. an. Alchimista, vbi omnino vid. Hæc de vna & diuersa specie sint dicta.

PLEnior enim est effectus * secundi iudicij 102. quàm prioris l. si quis in tantam C. vnd. vi.

ADDITIO. 101. Huc vulgata confert doctrina quòd
103. magis * potens attrahat id, quod minus est, c. si duo ex tribus, Domin. ibid. in 3. not. de offic. de leg. lib. 6. & l. quòd maior ff. ad municip. Bart. per text. in l. 3. & l. seq. ff. quod cuiusq; vniuersit, nomine. & in l. 4. §. actor ff. de
104. re iudic. Nam * per id quod minus est, non debet maius impediri, leg. per minorem ff. de iudic. nec refert si maior & minor pars diuersæ fuerit qualitatis. Tiraq. de retract. prox. §. 36. gl. 3. nu. 6. Panor. in c. cùm non sit in 3. notab. extra de decimis.

ITem non obstat tertia ratio, quòd debeat remitti ad eundem iudicem. Nam hoc nego, cùm primus sit Iudex criminalium causarum tantum, vnde ciuilis per se mota non potest ad eum dirigi. Et quia causæ sunt distemperatæ, &c. per hoc respondetur, ad quartum argumentum.

ADDITIO. 102. Nam, vbi intentatùm sit ciuile iudicium, & criminale æquè principaliter, talis cumulatio non admittitur in quantum puniri & satis fieri petitur,
105. criminale enim * iudicium principaliter intentari debet, & ciuile incidenter per iudicis officium iuxta Bart. in l. 1. in fi. quand. accusat. ciuil. criminal. præiud. & in d. l. si quis ad se fundum in fin. C. ad leg. Iul. de vi & Bart. in l. 2.
106. §. 1. de vi bonor. rapt. Quòd tamen non obtinet * si quis ad mortem damnandus veniret, quia tunc etiam iudicium ciuile & criminale cumulari æquè principaliter iuxta Bald. in l. 1. col. 2. C. de appellat quem sequitur Alex. in l. 2. §. 1. in addit. ad Bart. ff. vi bonor. rapt.

Quia

QVia non debet * contrariari quòd iudex potest, sed quòd debet secundum naturam iudicij l. qui cùm maior. de bon. quæ liber. 107.

ADDITIO. 103. Quod si iudex * non ignoret iurisdictionem, sed eius qualitatem vel modum valet processus Angel. in l. 2. §. sed si iudex vers. sed quando prorogatio fit ff. de Iudic. Ant. de Butr. in c. P. & G. vers. tertiò requiritur, de offic. de leg. Felin. in c. cùm ex officij vers. excipias nunc de præscript. Nam etsi procedere * possit omissa iuris solemnitate, non tamen potest defensionem iuris naturalis omittere Bart. in l. filius fam. ff. de donat. & in l. 1. de testam. milit. sequitur Lanfran. & Natta in clem. sæpè §. non sic, de verb. signif. Anton. Gabriel. Roman. conclus. lib. 2. tit. de citat. conclus. 1. num. 38. Verum enimuerò Iudex * qui vel consanguinitate vel amicitia aut hostili odio ducitur iudicando peruertit Iudicium Christi, qui est ipsissima iustitia & fructum illius in amaritudinem damnationis vertit tex. est ad literam in c. quicunq; 11. quæst. 3. 108. 109. 110.

ET qui non possidet vno tempore nec infert negatiuè in aliò tempore l. si quis ad exhibendum ff. de except. rei iud. Ex hoc respondetur ad quintum: quia casus qui euenire potest, iudicij primordiali natura, non ea alterata debet inspici, sed non ea alterata leg. 1. ff. in lit. iurand.

ADDITIO. 104. Naturalis * causa semper inspici debet, quia potentior est accidentali l. tutor §. quæ tutoribus. ff. de excus. tut. Quò faciunt notata Bald. in Auth. 111.

ex testamento, col. 3. C. de collat. Roman. in auth. similiter C. ad l. Falcid. Huic etiam videtur accommodari sa-
112. tius esse casum * ex naturali iustitia probare, non attenta ciuili solemnitate Ioseph. Mascard. de probat conclus. 273. nu. 10. vol. 1. alleg. Capell. Tholosan. decis. 448. & Hyppol. de Marsil. singul. 24. Imol. in leg. quæsitum ff. de rei iudic.

113. PRobabiliter ergò dixi, quod vnum * iudicium non dependet ex altero, quia hic non sunt contraria in origine, cùm vtraq; causa eodem tempore vera esse possit, l. Spadonem §. qui absolutis ff. de excusat. tutor. nec subordinata à iure vel à libellante, vt dicitur, de excusat. sed si antè nec elect. tolluntur, ergo &c. vt l. rerum amotarum ff. rer. amot. & c. nullus pluribus, de reg. Iur. per Dyn. & l. si quis homicidij C. de accusat. & fac. not. in l. qui seruo §. fin. & l. 1. §. dixerit aliquis per Dyn. ff. de furt.

ADDITIO. 105. Cùm non possit contraria vel ea-
114. dem * ratio dari sed diuersa, tunc non censetur dispositio contraria sed diuersa l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig. l. in fund. ff. de rei vendic. Bart. ibid. & quo-
115. niam non sufficiat diuersificare casus, * nisi reddatur ratio diuersitatis gl. in l. sed etsi lege §. item si rem distraxeris ff. de petit. hæred. per Dec. cons. 35. col. 7. in prin. vers. nec obstant plura, cuius nomine remitto me ad suprà positam 100. additionem, quò loci actus diuersi habentur exemplificati. Ideoq; diuersa ratio, diuersum parit effectum l. scio §. vxori ff. de an. leg. per not. Bald. in l. filia legato-

legatorum C. de legat. Et sic super diuersis * sententiæ ferri debebunt diuersæ, Capel. Tholosan. decis. 95. in addit. nu. 3. alioquin post absolutum dimissumq; iudicium esset nefas litem alteram ex primæ litis materia suscitari l. 3. C. de fructib. & lit. expens. 116.

MOdò restat respondere ad l. 1. C. de appellat. quæ dicit prius ciuiliter contractandum quàm criminaliter. Solu. ibi ex vna vi, specie, & numero vtroq; agebatur. modò & agens adstrinxerat se ad ordinem, quia primò egerat ciuiliter, secundò criminaliter, ideoq; ordinem libellorum * iuris ordo subsequitur. 117.

ADDITIO. 106. Sæpè numero Bald. in hac disputatione, mentionem facit de ordine iudiciali & lite contestanda, ex quo admonendi sumus, vbicunq; ordo iuris seruandus * est. Ibi contestatio litis necessariò requiritur, 118. cui etiam partes non valent renunciare Bart. in auth. offeratur. C. de lit. contest. gl. in c. fin. de re iudic. lib. 6. & ibi Domin. gl. in c. sæpè de verb. signif. ad fin. vers. & scias vbi Ioan. de Imola.

IDEM si esset ordò in eodem libello. Nam quod vltimum * est in conclusione debet sequi 119. in decisione secundum Odof. quod est notabile.

ADDITIO. 107. Neminem, qui iuris initia gustauerit latêre * existimo, quin exactè nouerit totam vim li- 120. belli, eiusq; substantiam ex conclusione pendêre, illamq; attendi solam, quicquid aliàs in verbis narratiuis dictum

esse pateat. per Bart. in l. Aurelius §. Sticho ff. de liberat. leg. Bald. in l. 2. in fin. C. de petit. hæred. Socin. cons. 93. col. 3. vol. 1. ex quo Bald. noster adpositè tradit in l. vlt. col. fin. vers. illud. constat. C. de fideicom. libert. Quòd
121. libelli * conclusio in dictione Peto, consistat non autem in verbis narratiuis. Inde sequitur sicubi aptam habeamus conclusionem de verbis narratiuis non adeò quem superciliosum esse oportere.

ALij dicunt quod ibi non est ordo ciuilis ad criminalem, sed ciuilis ad ciuilem, id est, possessionis ad proprietatem, cùm aliter non constet qualiter iudiciũ fundetur, & quis agat, & facit l. liberis §. si quis ex ff. de liber caus.

122. ADDITIO. 108. Possessorium * etenim dicitur respectiuè ad petitorium Ripa in l. rem quæ nobis nu. 16. ff. de adq. possess. Bald. noster in l. 1. nu. 2. C. vti possid. Bart. in l. 1. nu. 17. C. quor. bon. Gail. obser. 3. nu. 7. lib. 1. scri-
123. ptum reliquit possessorij finem * esse principium petitorij Dec. cons. 56. in prin. incip. in causa appellat. Bart. in l. admonendi, nu. 55. ff. de iureiurando.

QVid autem dicemus, si iste non admissus non erat procurator, sed gestor sine mandato, & non fuit admissus, & dominus habeat ratum, an ex hoc Dominus eius habeat interdictum vnde vi. Et videtur quod sic. Nam ibi gestorio nomine tradita est possessio, & antequam ratificem es expulsus, & postea ratifico, certè habeo interdictum vnde vi, quia fingor

primo

primo possedisse & tandem expulsus, vt not. Odofred. Iacob. de Are. & Cyn. l. si ego ff. de neg. gest. Quòd tamen est satis dubium, quòd sic erit ficta expulsio, contra not. in simili l. si aliquam rem ff. de acq. poss. & C. de dote promiss. l. 1. & ff. de pact. l. ab emptore, per Guil. Sed quòd ratificans non habeat interdictum, probatur, quia ille qui gestorem non admisit, non fuit in dolo, cùm non ostenderet mandatum, nec ostendere posset cùm non haberet l. si quis inficiatur ff. depositi.

ADDITIO. 109. Videtur tamen non absonum esse si per extrinsecos actus * ratihabitio declaretur arg. l. pro 124. hærede ff. de acquir. hæred. & not. Bart. in l. gerit col. 6. ff. eod. per not. Angel. Aretin. in §. 1. in gl. in verb. exercitoria. Instit. quod cum eo qui in alie. potest. plura apud Marant. cons. 5. nu. 29. liquent videre. Hisce tamen nostris terminis rectiùs esse apparet, sentire, per liberam personam sine * mandato speciali, possessionem nobis mi- 125. nimè acquiri l. communis seruus ff. de acq. poss. Petr. de Benintend. Rota Bononien. conclus. 70. nu. 3. Quæ tamen non ita decisiuè iudicentur dicta, quàm per sequentem additionē, visuntur magis declarata Interim videatur omnino Roland. à valle cons. 19. nu. 4. vol. 1.

NEc potest ratihabitio operari in præiudicium aduersarij, qui non deliquit arg. l. quid ergo in princ. ff. de his qui not. infam. Si igitur ratum habens suam possessionē perdit, tamen

non agit vnde vi, quia non fuit vis commiſſa, ſimile not. quod met. cauſ. l. metũ in prin. ſo-
126. lut. Puto ipſum habere interdictum vnde * vi, ſi aduerſarius adhuc tacet, & hoc dico non vi ratihabitionis, ſed quia non ſuſpicatur ſe poſſe repelli l. ſed ſi nolit ff. de adquir. poſſ.

ADDITIO. 110. Pro vero iſtius ſolutionis intellectu ex oculatiſſimo I. C. Menochio, de recuperand. poſſeſſ. remed. 1. nu. 52. hic adijcitur, vt potè in eo qui non man-
127. dauit * ſed ratum habuit tria requiri, vt contra eũm agi poſſit iuxta gl. in l. 1. §. ſed & cùm quis ff. de vi & vi armata, nimirum ſuo nomine ſpolium factum eſſe, ac eum habere ratum ſuoq; nomine ratum fuiſſe habitum. Idq; ratione delicti contingit, quòd ſpoliationi dicitur ineſſe Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 51. de acq. poſſeſ. Bart. in d. l. 1. §. ſed & cùm quis, de vi & vi armat. & ſic ratum habens obſtringitur mandati actione, tex. in l. ſemper qui non prohibet. ff. de reg. iur. vbi Dec. nu. 12.
128. plus dicit, videlicet quem * in ſuum præiudicium ratum habere poſſe, quod ſuo nomine geſtum non fuit, vt not. Bart. in l. ſi fundus §. 1. per illum text. ff. de pignor. per gl. in c. ratum de reg. iur. in 6. quod tamen Dec. d. l. ſem-
128. per latius declarat. Proinde ſciendum, * quod Dominus pro facto ſerui teneatur ſi commodũ inde ſentit. Barbat. conſ. 13. vol. 3. Bero. in cap. 1. num. 43. verſ. ſed contra hanc de reſtit. ſpol. & ita intelligo Theſin 20. de interdict. recuperand. poſſ. per ſelectiſſimam iuuentutem florentiſſimæ Colonienſis Academiæ 28. Ianuarij Anno 1593.
130. ingenioſè diſputatur, quo loci quilibet etiam * ſine mandato agens admittitur, ſi de poſſeſſione quam abſentis nomine detinebat eiectus ſit, & ſerui (qui alioquin legitimam perſonam in iudicio ſtandi non habent) ab hoc iudicio

iudicio non arcentur l. 1. & ibi Bart. C. si per vim vel alio mod. & Thesi 21. Ibi, vel mandauit vel ratum habuit l. si vim & l. cùm à te vi, & l. si vi me deieceris ff. de vi & vi armat. l. 1. §. sed & si quod alius ff. eod. & l. hoc iure §. fin. ff. de reg. iur. & probatur in l. si pupilli §. sed si ego ff. de neg. gest. Cæterùm quod Baldus noster subijcit, quia se repelli posse suspicatur. Hoc ita intelligendum, quando timor est * respectu ipsius possessionis. Secus verò, quando timet offendi in persona sua. Ideoq; non vult accedere ad locum, quia per hoc perdit possessionem Corn. cons. 48. vol. 4. iuxta text. & glos. in l. licet C. de acquir. poss. gl. & Bart. in l. 3. §. si quis nunciet ff. illo tit. Felin in c. vigilanti col. pen. de præscript. 131.

NAm hoc casu etiam sine animo fit vis, quia licèt explicitè nolit vim facere, tamen eam facit implicitè, in turbando possessionem, contra voluntatem possessoris, & sic eo ipso quòd contra * dicit, vim facit. 132.

ADDITIO. III. Habemus siquidem in comperto plus in facto esse, * quàm verbis mente declarare. Thom. Gram. cons. 13. num. 3. per text. in c. dilecti filij, el. 2. de Appel. & ibi Dec. in 2. not. Anchoran. cons. 302. incip. materia de qua, num. 3. per l. certum ff. si cert. petat. quò loci etiam nu. 4. latius respondit ad eliciendam hominis intentionem debemus ad qualitatem actuum recurrere, vt talis hominũ præsumatur * voluntas, qualis ex actibus colligi potest. l. duo fratres ff. de acquir. hæred. l. respondenda C. de institut. & substitut. gl. ibid. vult, quòd facto detur voluntas intelligi, & in animalibus brutis §. Ceruos Institut. de rer. diuis. Ioan. Bapt. Asinius in praxi iudi. parte 2. §. 2. cap. 10. nu. 20. Vnde in hoc iudicio qualitercunque sufficit turbatio * & per quemcunq; modum sit facta, 133. 134. 135.

l. vim

l. vim facit ff. de vi & vi armat. & l. vim facit, ff. quòd vi aut clam. Bart. in l. 1. §. restituendæ gl. ibid. & scribentes ff. vti possid. Minsing. respons. 25. nu. 13.

7. §. VT IGITVR QVAE IN NVBE.

SVMMARIA.

1. *In confessum nulla probatio est necessaria.*
2. *Confessus pro iudicato habetur.*
3. *Reo negante actor in ea est causa, vt quæ in facto consistunt, probet.*
4. *Qualitates extrinsecæ non præsumuntur, idq; in clerico & notariatu exemplificatur.*
5. *Notariatus per literas testimoniales probatur.*
6. *Nobilitas à natura nemini inest, sed aduentitia esse dicitur, ex quo popularem magis quem præsumi quàm nobilem seu magnatem, nu. 7.*
8. *Nobilitatis qualitas paucis inest hominibus, ideo non præsumitur, cùm non sit prima qualitas naturalis, sed accidentaliter contingat non transmittitur ad collaterales sed descendentes, nu. 9.*
10. *Nobilitas per verba enunciatiua non probatur nec per priuilegium nisi de ea aliter constet, num. 11.*
12. *Nobilitas vera magnam habet vim; vtileq; est Reipub. nobiles esse homines maioribus suis dignos.*
13. *Virtute non solum propria sed etiam maiorum suorum splendescens, ei qui nuper ad dignitatem euectus præferendus est.*
14. *Nobilitas quanto antiquior tanta excellentior.*
15. *Feudum antiquum sapit nobilitatem, non idem vtiq; de nouo statuendum.*
16. *Nobile, verbum est æquiuocum, quia pro nobili quis loco quodam reputari potest, eumq; in alio loco ignobilem haberi.*
17. *Testis dictum propter æquiuocationem de necessitate non concludit.*
18. *Probationes obscuræ nihil releuant, sed debent concludere per necesse, & non per possibile, num. 19.*
20. *Nobilitas alicuius ea nobilitate probari debet, vt quem à populari seu plebeio differre faciat.*
21. *Nobiles antiquissimi non coguntur priuilegia nobilitatis exhibere, sed eos magis intentionem habere fundatam.*

In præ-

22. In præscriptione immemoralis temporis non consideratur bona vel mala fides, quia familiæ Illustres antiquißimæ, ex causa stirpis auitæ præsumptionem pro sese habent, vt D N. Henricus Comes à Fürstenberg. Itemq; D N. Comes Eitelfridericus in Altozolleren, Sacri Rom: Imp. hæreditarius Camerarius, nec non pergenerosus Marcus Fuggerus Senior Baro à VVeisenhorn & Kirchberg, &c. Ibidem subijcitur omnes dignitatum thesauros, in Imperatoria Maiestate reconditos esse.

23. Nobilitas ingenij & scientiæ præfertur nobilitati ex accidente.

24. Qui donat quod diutius durat, gratior habetur.

25. Nobilitas auita non minus est secundum naturam quàm forma.

26. De natura illius est quod cuiq; agnoscitur.

27. Nobilitas hoc æuo omni studiorum genere instructa, variarum linguarum cognitione imbuta nec non per necessaria rei militaris disciplina vbiuis locorum apparet exercitata, vt Reges ac Principes viri vspiam ad conficienda præcipua negocia, ignobilium opellam vix desiderent.

28 Nobilitati vtrum ob mercaturæ exercitium in aliquo derogetur? & dicitur ex consuetudine loci quòd non officiat.

29. Intellectus doctrinæ quod non possum per me, per alium quoq; possum.

30. Nobilitas matris ad ipsius descendentes per statutum extendi potest.

31. Nobilitas à patre per ius ciuile introducta constat.

32. Nobilitas matris in plerisq; Imp. Roman. ciuitatibus in descendentes continuatur.

33. Nobiles per statuta fieri posse affirmatur.

34. Honorem suum à quopiam sibi diminui, non esse ferendum, nisi crudelis haberi velit, cùm honor omnibus facultatibus præferri debeat, nu. 35.

36. Honorem ac ordinem nostrum turbans iniuriarum actione conueniri potest, eiq; vt nobis cedat de facto resistere licet, aut magistratus ex officio, in eiusmodi turbantem animaduertet.

37. Interdicto vti poßidetis agens, demonstrare debet se tempore litis contestatæ poßidere nec refert si tempore sententiæ non poßideat, num. 38.

39. Possessionem si quis probet ante litem contestatam præsumitur quis eam animo retinuisse litis contestationis tempore, & pòst continuasse.

40. Lis contestanda est in possessorio retinendæ.

41. Litis contestatio est lapis angularis & fundamentum iudicij.

42. Litis contestationem ex consuetudine per simplicem facti narrationem contra dictionem ac responsionem induci, si aliàs de meritis causæ pateat, nu. 43.

44. Litis contestatio vtrum in iudicio retinendæ possessionis desideretur remißiuè.

45. Possessorium ordinarium, plenas probationes & sic iuris processum requirit.
46. Possessorium amissum in petitorio reparatur.
47. Probationes lite non contestata factae sunt nullae.
48. De substantiali forma esse dicuntur, quae non sunt tradita ad alium finem, quàm ad processum.
49. Ordo iudicialis ad prouisionem magis censetur inductus, quàm pro forma necessaria.
50. Ordo quamlibet rem ducit ad esse, & nihil sine ordine compositionis firmiter constat, quia vbi non est ordo ibi dicitur esse confusio, nu. 51.
52. Legistae à Grammaticis distant quemadmodum viri à pueris.
53. Scholares appellantur qui vel legibus vel iuri canonico incumbunt.
54. Grammatici Poëtae & Oratores non sunt spernendi, quia in iure saepè allegantur.
55. In vti possidetis & vtrobi iudicio libellus offerri & lis contestari debet.
56. Interdictum vti possidetis ad res immobiles, sed vtrobi ad mobiles comparatum est.
57. Vnam rem mobilem qualiter duo possidere dicantur, pulchrè declaratur, vt locus sit interdicto.
58. Remedium ordinarium non facit cessare extraordinarium, quando hoc pinguius prouidet, veluti iudicis officium.
59. Litis contestatio an sit necessaria in hoc retinendae interdicto.
60. Possessorij causa non semper est leuis praeiudicij.
61. Possessionis commodum ab onere dominium probandi releuat.
62. Possessionis recuperandae interdictum non requirit litis contest. eò quòd spoliatus ante omnia restitui debeat, vult tamen summariam causae cognitionem, num. 63.
64. Spoliatus per praetorem sine ordine iudiciorum, debet absq; iudiciali strepitu celeriter immitti.
65. Praeposteratio ordinis vitiat actum, vbi ordo est de forma, secus in notorijs, vt num. 66.
67. Retentio in retinendae possessionis interdicto facilior est quàm recuperatio.
68. Qui possidet non potest petere, cùm naturaliter ei dari nequeat, quod habet.
69. Rei in qua plus cautionis est, incumbere potius videtur.
70. Interdictum vti possidetis mixtum dicitur. Idem & vtrobi.
71. In vti possidetis interdicto, vterq; litigatorum se possidere asserit, ideo dicitur mixtum, & quae sint mixta referuntur, vt num. 72.
73. Interdicta recuperandae & adipiscendae non dicuntur duplicia.

Interd-

74. Interdictum nullũ simul adipiscendæ & recuperandæ possessionis esse potest.
75. Intellectus l. 2. §. fin. ff. de interdictis.
76. Substantialia duo in vti possidetis sunt probanda.
77. Possessio plurimum facti habet.
78. Possessio per inartificiales & artificiales probationes demonstrari potest.
79. Probans se vel antecessores suos antiquitus possedisse præsumitur adhuc possidere, quia mutatio non præsumitur.
80. Dominium antiquum probans fundatam habet intentionem.
81. Turbatio probatur eo ipso, quòd pars diuersa se iudicio opponat.
82. Possidens bono iure obycere potest se non turbare.
83. Turbare licet alium ex iusta causa dominij vel possessionis. ciuilis.
84. Tempus turbationis factæ libellandum est, saltem quò ad mensem vel annum ostendetur.
85. Possessionis probationes extra ordinem absq; libello & litis contestatione, iudicis officio recipiuntur.
86. Eceptio dominij in retinendæ iudicio secundum quosdam interpretes obstat agenti.
87. Iudicis officium impetrans possessione sua totaliter spoliari timet. Idq; in momentaneo possessorio intelligitur.
88. Sententia in momentaneo lata est mera & pura interlocutoria, & neutri præiudicat parti.
89. Appellatio in momentaneo interposita per Cameram non recipitur, & hoc tam iuri Canonico quàm ciuili est consentaneum.
90. Possessio & notorinm non indigent iudiciorum ordine.
91. De Notorio quomodo constare dicatur.
92. Notorij ratione iudex procedere ex officio potest.
93. Iudex & pars de facto quid facere possunt.
94. Ante plenarij ordinationem, præcauendum est, ne partes ensem pro libello ostendant.
95. In possessorio qui se putat victurum, securè ante litem contestatam aduersarium expellat.
96. Bonæ fidei dicitur possessor qui ante litem contestatam possidet.
97. Expulsio post lit. contest. nihil patrocinatur.
98. Lis introducta facit expulsionis actum prorsus illicitum.
99. Dominus contra Emphytcutam lite pendente de facto nihil facere potest, nisi protestando quid faciendi propriam facultatem sibi reseruauerit.

100. *Possessorium iudicium facti est, quia in abquirendo plus facti habet quàm iuris, vt num.* 101.

102. *Possessio à pedum positione dicitur. Item à sedibus & melius fortasse.*

103. *Possessio est detentio.*

104. *Possessio etiam esse iuris, ostendi potest.*

105. *Possessio non est prædium quod possidetur, sicut nec hæreditas est fundus qui est in hæreditate.*

106. *Hæreditarius fundus, si eo animo apprehendatur, quòd quis velit esse hæres, oritur ius incorporeum, quod hæreditariam appellatur.*

107. *Possessionem iuris esse pulchrè declaratur, sed in practica non minus quoq; ostenditur facti esse, vt num.* 108.

109. *Obligatio naturalis dicitur, in facto consistere ad differentiam obligationis ciuilis.*

110. *Possessio iuris nomen esse intelligitur, de vera ciuili possessione, non de actu meræ facultatis naturalis.*

111. *In summario possessorio exigui præiudici & semiplenæ sufficiũt probationes.*

112. *Possessio rei modicæ dicitur* 50. *aureorum.*

113. *Species de genere excepta, non continetur sub genere, si de specie expressum esset, num.* 114.

115. *Lex se non refert ad ea, quæ raro eueniunt, sed quæ frequenter accidunt.*

116. *Vna hirundo non facit ver, nec formosa dies æstatem.*

117. *De podagra Hyppocrates nihil scripsit, quia cùm ætas fragilis esset, eum morbum futurum non putauit.*

118. *Parricidij pœnam Solon non statuit, quòd eiusmodi casum euenire non credidit.*

119. *Possessio perditur ex negligentia.*

120. *Diuersa vt sunt facta, ita diuersi sunt modi negligentiam probandi.*

121. *De negligentia si testis deponat, nec dicti sui rationem raddat, nihil efficit.*

122. *Negatiua non probatur, nisi loco & tempore sit coarctata.*

123. *Negligens qui non reperitur ex temporis cursu non læditur.*

124. *Contra naturalem rationem & discretionem vix aliquid reperitur, quod non remordeat conscientiam.*

125. *Possessionem iudex alicui auferre posse videtur ob solam contumaciam.*

126. *Ob contumaciam leuem iure suo neminem esse priuandum.*

127. *Leuis causa à delictis & contumacia excusat.*

128. *Causa iniusta si quis motus deliquerit non erit pœna corporis afflictiua puniendus.*

Appellans

129. *Appellans ab interlocutoria necesse habet, vt causam appellandi rationabilem adducat.*

130. *Sententia inimicitia lata vel dolo iudicis, aut eius latißima culpa, emendatione digna est.*

131. *Possessorio momentaneo non datur appellari.*

132. *Post litem contestatam aliquid ritè liquere dicitur.*

133. *Sententia diffinitiua super eo ferri non potest in quo lis non est contestata.*

134. *Reus quoq; fingitur agere, quia possessorium duplex est.*

135. *Absens vel per nuncium vel per epistolam imprimis admoneri debet.*

136. *Citatio in quolibet actu requiritur.*

137. *Citationes in Camera ad totam causam fiunt.*

138. *Actor is dicitur qui prouocat ad iudicium & hoc quò ad ordinem iudicij non autem quò ad substantiam intelligendum, vt num. 139.*

140. *Interdictum vti poßidetis non censetur duplex si quis animo iniuriandi magis quam poßidendi turbat.*

141. *Inter libelli oblationem & litis contestationem est maximum interuallum.*

142. *Contra absentem peruenitur ad primum & secundum decretum vel ad alias compulsiones.*

143. *Possessorium summarium eò inuentum est, vt commodius sciri queat, quis actor & quis Reus, quamobrem iudex summarias capit informationes.*

144. *Ad sequestrationem possesßionis vel inhibitionem Iudex facilè nō accelerabit.*

145. *Possessorium non est semiplenum aut temporale.*

146. *Possesßionis ratione si controuersia suboriatur, Iudex mandare potest, ne veniant ad rixas.*

147. *De possesßione alterutrius partis si appareat, tunc Iudex ei mandabit qui non poßidet.*

148. *Ad iudicis officium spectat scandalis obuiare.*

149. *Sequestratio non seruatis seruandis facta reuocari debet.*

150. *Possessorium perpetuum litis contestationem & proprietatis probationem requirit.*

151. *Possessorium ordinarium, iudiciali modo per agitur, ita vt victor sine temporis præfinitione in possesßione remaneat, donec succumbens in petitorio obtinuerit.*

152. *Possessorium plenarium non est modici præiudicij & qui secus censuerint ex toto errant.*

153. *Possessoria remedia habent admixtam proprietatis causam.*

154. *Intellectus gl. in l. 2. §. quædam ff. de interdictis.*

155. *Litis contestationem si reus recusaret, tunc eum Iudex ad lit. contest. compellere potest.*

156. *Appellationem ab ordinario possessorio legitimè interpositam Camera Imp. recipit, maximè quò ad effectum deuolutiuum, vt num. 157.*

158. *Possessorio nudo si correspondeat petitorium vtrumq; dicetur esse summariũ.*

159. *Petitorij & possessorij causam si magistratus simul committat, vtraq; pariter est finienda, secus si data sit potestas summariè poocedendi.*

160. *Lis non contestatur vbi res altiorem indaginem non requirit.*

161. *Obligitiosam possessionem ne partes veniant ad arma, magistratus ex officio inhibere potest & huius practicæ ad ponuntur remissiuè præiudicia.*

162. *Possessio per interlocutoriam auferri, & seruato secundi decreti tenore actori potest conferri.*

163. *Decreti secundi tenor is dicitur, quando vel per testes vel instrumenta plenè de causa constet.*

164. *Diffinitiua non dicitnr quando per decretum, aliquem in possessionem mittendum, vel in integrum restituendum, vel aliud simile declaratur.*

165. *Decretum secundum interlocutoria esse dicitur.*

166. *Pro iudiciali processu tantisper, præsumitur donec possessionis causam legis authoritatem excedere probetur.*

167. *Authoritas legis si deficiat, ratio nihilominus multum operabitur.*

168. *Nicolai Vigilij I. C. velut secundi Tribonioni laus.*

169. *Regularum & legum authoritas non est par, quia legum authoritas est necessaria, sed regularum authoritas probabilis dicitur.*

170. *Regularum authoritate iudicis arbitrium instruitur.*

171. *Eligendum est semper, quod minimum habet iniquitatis.*

172. *Pro magistratu militat præsumptio.*

173. *Consilium sequi non est necessarium sed voluntarium.*

174. *Consilium est voluntatis, at præceptum necessitatis esse iura dictitant.*

VT igitur quæ in nube dicta sunt, de probatione clariùs practicemus. Quæramus quæ & quomodo in istis iudicijs sint probanda.

1. ADDITIO. 112. Non vtiq; * procatio est necessaria si modo aduersarius id, de quo quæritur confessus fuerit. Nullæ enim iudicis sunt partes in confitentem præterquàm

qu'm incondemnando l. proinde §. fin. ad leg. Aquil. Et confessus * pro iudicato habetur l. 1. ff. de confes. Sin verò pars aduersa omnino inficiàs iuerit, tunc actor in ea est 2.
causa, * vt quæ in facto consistunt probare habeat necesse, 3.
non autem quæ à natura insunt, per ea quæ Ioan. Baptista Asinius in Iudiciorum praxis part. 2. §. 2. cap. 9. nu 5. & seq. in Clerico & Notario exemplificat, nimirum quòd eiusmodi qualitates * tanquàm extrinsecæ non præsu- 4.
mantur, sed quia in facto consistunt probandæ sunt leg. quæcunq; ff. de public. & l. in libello §. factæ ff. de capt. & postl. reuers. & bon. text. in l. si emancipati C. de collat. De clerico tradit Innoc. in c. super his infin. extra de accusat. Abb. in c. bonæ el. 1. col. ante pen. de elect. & in c. quoniam contra falsam, de probat. Ac in terminis notariatus. Idem respondet Oldra. cons. 227. de toto themate nu. 6. vers. quartò obijcit, vbi infert quod illa inducta nec recognita nec publica manu appareat scripta Socin. cons. 33. incip. prosequẽdo col. 1. vers. Secunda cõclusio vol. 1. Ias. in l. Barbarius ff. de offic. præt. Aym. crauet. de antiq. temp. part. 3. num. 30. Ibi, Quando ex inspectione instrumenti probatur solemnitatem minus legitimè adhibitam esse. Sed etiam per aliam præsumptionem quæ esset in contrarium Abb. in c. Albericus de Testib. Hinc fit notariatum * probari per literas testimoniales legalitatis 5.
notarij, per ordinarium loci domicilij notario concessas, quæ habeant sigillum & alia requisita, talibus enim literis fidem dari docuit Bald. noster in l. comparationes col. pen. vbi etiam Ang. C. de fid. instrum. & hunc modum per totum quasi orbem practicari inquit Hyppol. de Marsil. in l. si quis nec quæstion. nu. 172. ff. de quæst. vbi ad quæq; respondit contraria. His conueniens est aliqua aduertere, quæ inter præclaros quosque & nobiles viros de quasi possessione patritiatus siue nobilitatis controuertẽda fortassis euenire possent. Sciendum itaq; * nobilita- 6.
tem

tem à natura nemini inesse, sed magis aduentitiam dici. Bald. noster in l. non ignorat C. qui accusat. non poss. fir-
7. mat aliquem magis præsumi * popularem quàm nobilem seu magnatem, & in c. 1. §. si rusticus per illum text. & ibi Afflict. nu. 6. vbi laudens. Alua rot. de pace tenend. Socin. cons. 246. col. 1. vol. 2. incip. eleganter. Ripa cons. 183. nu. 2. ad tit. de diuers. rescript. Couaru. lib. 3. variar. resolut. cap. 16. nu. 10. Natta cons. 647. nu. 30. lib. 3. Roland. à valle cons. 67. incip. Dominus Iacobus, vbi nu.
8. 27. respondit, nobilitatis qualitatem paucis * inesse hominibus, & sic eam non præsumi, cùm non sit prima qualitas quæ ex natura veniat, sed illa ex progenitoribus & accidentibus locum habeat. Ideo, ab allegante tanquàm intentationis suæ fundamentum esse probandam Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 10. nu. 13. Menoch. cons. 321.
9. nu. XI. 14. 15. & 19. lib. 4. Et non * transmittitur ad collaterales sed descendentes Dd. in l. 1. C. de dignita. lib. 12. Decian. cons. 19. num. 239. vol. 3. Inc. quanquam adeo
10. erudite, &c. Nec per verba enunciatiua * probatur Clem. summus Pontifex. sub fin. de sent. excom. & per text. in c. si Papa de priuil. in 6. Innoc. c. inter dilectos de fid. In-
11. strum. tradit * qualitatem non probari per priuilegium, nisi de ea aliter constiterit. Quid (me hercule) expedit ampla per importunitatem precum obtinuisse diplomata, quæ (vt antiqui nobiles ac auiti patriciatus viri in ore habent) absq; nobilitatis ipsorum læsione in lotium secum ferre nequeant. Eò id maximè vbi fortunæ iniquitas impetratæ eiusmodi nobilitati, vel nullas omnino suppetias conferre sæpiùs diuoscatur. Interea non refragor
12. Ciceroni, qui pro Sestio dictum reliquit, veram * nobilitatem magnam vim habere, blandam esse conciliatriculam, omnes bonos illi semper fauisse, vtileq; esse Reipub. nobiles esse homines, dignos maioribus suis. Nullũ
13. equidem dubium est * eum qui nedum propria, sed etiam maio-

maiorum suorum virtute fulget præferendum ei, qui valde nuper ad dignitatem peruenit. Quantò enim * antiquior est nobilitas, tantò quoq; excellentior est, vt docet 14.
Tiraq. in d. tract. de Nobilit. cap. 19. Modestin. Pistoris cons. 51. nu. 24. incip. perlectis ac diligenter, vol. 1. Huc confert dictum Bald. in prælud. feud. in 10. diuisione. Quod feudum antiquum * sapiat nobilitatem, non au- 15.
tem feudum nouum. Quia nobilitas non nascitur ictu oculorum leg. stemmata ff. de gradib. quem refert & sequitur Decius cons. 53. nu. 3. incip. Placet mihi & iuridicum esse. Præterea * meminisse oportet. Verbum No- 16.
bile æquiuocum esse per Bart. in l. 1. num. 66. vers. sed si quis C. de dignitat. lib. XII. Ideoque contingere potest quem pro nobili haberi in quodam loco & in alio esse ignobilem vt probat Syluan. cons. 1. nu. 34. per text. in l. munerum in pr. ff. de muner. & honorib. Et sic propter æquiuocationem,* dictum testis qui deponeret super ar- 17.
ticulo de necessitate non concluderet c. in præsentia extrà, de probat. Bart. in d. l. 1. nu. 67. C. de dignit. lib. 12. Obscuræ * probationes & dubiæ nihil releuant. c. cùm tu, 18.
de testib. l. instrumenta domestica C. de probat. vrgentes enim esse debent & concludentes l. non hoc C. vnd. legitimi l. matrem l. neq; natales C. de probat, & debent concludere * per necesse, & non per possibile l. ad possessio- 19.
nem seruitutis Bald. ibid. C. illo tit. de probat. refert Ioan. Fichard. cons. 25. nu. 2. vol. 1. Oportet ergo ita necessariò concludere, quòd sit nobilis ea nobilitate, * quæ facit 20.
quem differre à plebeio seu populari. In iure autem istud nomen popularium, prout differt à nobilius habetur l. si constat. ibi. vocibus popularium ff. de appellat. & l. capitalium §. solent ibi, se acclamationibus popularium accommodare ff. de pœn. Non tamen ex æquo semper procedit nobilem ad probationem auitæ suæ nobilitatis adstringendum esse. Ideo magis est vt prædicta, in illis no-

bilibus vel potius viris illustribus, limitentur. Qui tanto
21. tempore * vsi sunt imperio, in aliquo loco, quòd initij memoria non sit in contrarium, ij namq; fundatam habent intentionem etiamsi aliud non exhibeant priuilegium, vt tradit Angel. in leg. hoc iure §. ductus ff. de aq. quotid. & æsti. & quod not. Bart. in l. iniuriarum la. 1. §. vlt. ff. de iniurijs. Accedat rei notorietas, vt cùm notorium foret, aliquem esse nobilem, veluti in Duce Marchione comite vel Barone, qui notorij sunt. Nam tunc qui allegat eorum ignobilitatē, probare debet, quia notoria nō indigent probatione per text. in c. si Iudex. de Sent. excom. lib. 6. Philip. Fran. ibid. & secundum ea quæ præsignis ille Fuluius Pacianus in erudito suo probationum tractatu, quem Beatæ virgini Mariæ consecrauit. lib. 2. cap. 26. nu. 17. & seqq. signanter deduxit. Ex quo in tali
22. li præscriptione non consideratur * bona vel mala fides, vt not. Salic. in l. 2. C. de ser. & aq. refert. & sequitur Dec. cons. 638. nu. 2. incip. communitas spedie. Talis enim peruetustæ ac auitæ stirpis sunt Illustres Domini Henricus Comes à Fürstenberg. Heiligenberg, ac Werdenberg, &c. Itemq; Eitelfridericus Comes in Alto zolleren Sigmaringen, Veringen, &c. Sacri Rom: Imperij hæreditarius Camerarius, è cuius generosissima familia Potentissima illustrissimaq; Electoralis Marchionum Brandeburgensium domus originem traxit. Nec non pergenerosus Dominus Marcus Fuggerus Senior Baro Weissenhorni & Kirchbergæ. &c. Huius (inquā) Progenitores à Diuo Maximiliano 1. Rom. Imperatore, in album Comitum & Baronum Imperij cooptatos, nec non à suæ Maiestatis in Imperio Rom. successoribus, etiamnum confirmatos esse probè constat. Nullus enim exactè non satis tenet in Imperatoria Maiestate omnes dignitatum thesauros reconditos esse, nec non ab ea tanquam à fonte vbertim profluere solere, per Bald. in c. 1. circa primum notab.

Quis

Quis dicatur Dux. Pacianus d. c. 26. not. 20. & omnino, nu. 29. Quippe ſingulorum illuſtritas ipſorum ab antiquitate adeo exſplendeſcit, vt pro ea ſine difficultate præſumatur c. illud. 40. diſt. gl. ibid. Nec ignoramus, * quòd 23. nobilitas ingenij & ſcientiæ præferatur nobilitati ex accidenti, per Cyn. in l. quiſquis C. de poſtul. & c. 1. de donat. Verum enimuerò præfatæ Illuſtres perſonæ, non modo auita generoſitate eminent condecoratæ, ſed etiam ſublimi tam diuinarũ quàm humanarum rerum ſcientia atque matura earundem experientia mirandum coruſcant in modum, vt Sacra Cæſarea Maieſtas ſingulis ipſis arduas Auguſtiſſimi Rom. Imperij commiſſiones, pariter ac ſereniſſima dom⁹ Auſtriaca ſerias occupationes quaſque, ſæpius delegauerit expediundas, eaſq; ſemper ſumma dexteritate fuiſſe confectas prouidos viros quoſq;, qui ijs negocijs adfuerint, in teſtes vocare non erubeſcerem. Tantũ quoq; abeſt, vt benè meriti, vnquam poſſint illæſa conſcientia aliter teſtificari, quin munificum eorum animum ex largitionibus abundè cognouerint, eò pulchrè ſpectat text. in l. filiusf. ff. de donat. & quod not. Diuus ille Innoc. in c. grandi de ſuppl. neglig. prælat. & in clem. 1. de reliq. & venerat. Sanct. dicit qui donat, quod diutius durat * gratior habetur. Exinde planum redditur præ- 24. libatas illuſtres perſonas tribus exquiſitis clareſcere virtutibus, nimirum inclyta generoſitate, inſignium rerum experientia & crebra erga benemeritos largitione, ita vt nuſquam gentium altius queant beari, quibus etiam cupidæ poſteritati ſancta perpetuæ laudis memoria ſubindè relinquetur. Vnde facilè adſentior illis, qui de nobilitate numeroſas impleuerunt paginas. Quod auita præfatarum aliarumq; Illuſtrium ac nobilium perſonarum progenies non minùs ſit ſecundum * naturam quàm forma. 25. Et ſtant ſimul quod ſit à natura, & tamen poſſit cenſeri inter bona fortunæ, licèt quoq; ius naturale aliud eſt in

genere, nihil ominus etiam id, quod cuiq; agnascitur, de
26. natura * illius esse & dici potest ac debet. Causa enim naturalis ex necessitate naturæ est immutabilis, ac talis videtur esse ex natura nobilitas, ita oculatissimè refert, & sequitur Bartolum Modestin. Pistoris cons. 18.nu.6.vol. 1. quò loci significatiuè obscura quæq; ex Hostien. cap. pen. de præben. adijcit, quæ moribus Germanicæ Nobilitatis meo arbitratu minus conueniunt. Siquidem ea ipsa hac nostra ætate eximiarum virtutum dotibus, omni
27. excellentium * studiorum genere instructa, & variarum linguarum cognitione imbuta, ac per necessaria militaris rei disciplina, adeo vbiuis locorum clarescit exercitata, vt vix Reges ac Potentissimi Principes quiq; ad conficienda præcipua eorum negocia ignobilium hominum opellam desiderent, vel vspiam (nisi doctrina & conspicuarum vsu rerum solidè claruerint) habeant necesse. De-
28. niq; alia adhuc insurgit quæstio an nobilitati ob * mercaturæ exercitium in aliquo derogetur? Minsing. obser. 54. cent.6. ea de re insigniter disputat, tandem ex more & loci consuetudine (quæ dubio procul seruanda est) concludit non officere, iuxta Alcia. in l. mercis ff. de verb. signif. & in tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 48. sicut apud Venetos & Genuenses fieri in comperto est. Quibus Augustani, Lubecenses, Colonienses, Norici, Francofurtenses, Argentinenses & similes immedietatè sacro Imperio subiecti haud incinnè adijci possunt, qui citra patriciatus imminutionem mercaturas exercent, per alleg. ibid. maximè si opera institorum ea in re vtantur iuxta Alberic. in l. humilem C. de incest. nupt. Alciat. d. præsumpt. 48.
29. nu. 10. Nec ad rem confert dogma illud, quod non * possum per me, nec per alium quoque possum, ad hoc idem Minsing. d. loco nu. 16. commodè respondit. Id scilicet non esse verum, vt propriè facere dicatur, qui per alium facit Bart. in l. sed si minus §. seruus ff. de iniurijs. Inde

cum

cum Minsingero concludendum, quòd hodiè nobiles vel etiam in maiori dignitate consistentes excusari possint, ne ipsorum nobilitas vel dignitas per mercaturæ exercitium diminui existimetur. Pro complemento huius quæstionis, breuibus subijciendum putaui. Vtrum matris nobilitas * ad ipsius descendentes per statutum exten- 30.
di valeat? Et dicitur quod sic, per rationem, * quod nobi- 31.
litas à patre per ius ciuile introducta constet. Quid igitur vetat, quò minus à contrario ciuili tolli queat? §. fin. Instit. de legit. ag. tut. & l. 2. ff. de vulg. & pupil. Ex quo pulchrè defendi potest. Quod in plerisq; * ciuitatibus Imperij 32.
nobilitatem matris in descendentes frequenter continuari videmus, maximè quòd splendido ornatu incedere aliaq; patriciatus priuilegia obtinere visuntur, eò pertinet doctrina Bart. in d. l. 1. C. dignitat. lib. 12. quò loci generaliter scribit * per statuta posse fieri nobiles non di- 33.
stinguendo personas nobilitas & nobilitatem. Ita scriptũ reliquit Simon Schard. quond. Imper. Cameræ Assessor in Addit. ad Bart. d. l. 1. nu. 62. vers. ciuitates verò: restat breuiter honorem suum à quoquam * sibi diminui vel 34.
intercipi non debere pati, sed si quis patiatur, eum crudelem potius vocari c. nolo 12. quæst. 1. & c. non sunt XI. quæst. 3. Cùm etiam pluris honorem * suum quilibet fa- 35.
cere debeat, quàm omnes suas facultates l. Iulianus ff. si quis omis. caus. test. Ideoq; aduersus eum qui ordinem turbare ac honorem * nostrum præripere conatur agere 36.
possumus officio iudicis vt nobis cedat iuxta Fabr. in §. aliam verò Instit. de bonor. posses. quem ibi sequitur Angel. sed quoq; iniuriarum actione, & si res exigat de facto resistere possumus & quidem manu armata, Secundum Bald. in l. obseruare §. antequam verò in fin. ff. de offic. proconsul. Ioan. Fichard. cons. 77. nu. 6. & seq. vol. 1.

ET primò videamus in vti possidetis. Ideo not. ad euidentiam, quia * in vti possidetis 37.

interdicto agens, debet probare se possidere tempore litis contestatæ, vt §. hodiè Institut. de interdict.

ADDITIO. 113. Vnde si agens hoc interdicto retinendæ possessionis per aduersariũ post lit. contest. spolie-
38 tur, potest nihilominus obtinere, quamuis * nõ possideat tempore sententiæ, quia lex considerat solam possessionem tempore lit. contestatæ. Idem Bald. noster scripsit in l. 1. col. 3. in fin. super quarta gl. C. vti possid. & Bart. in l. §. ait prætor ff. illo tit. tenet, eum qui agit hoc interdicto debere probare lit. contest. tempore se possidere, sufficit
39. enim * si quis probat se possedisse ante lit. contestat. & nunc asserat se possidere, quia etsi testes nõ deponãt tempore litis contestatæ, neq; pòst, tamẽn probando possessionem anteriorem & ipsam allegando, quia post acquisitionem, retinetur possessio solo animo, & sic præsumitur animo continuasse possessionem & obtinebit. Faber. in §. retinendæ col. 8. vers. circa quintum Instit. de Interd. Hostiens. in c. cùm ad sedem, extra de restit. spoliat.

40. SIc ergo in possessorio * retinendæ est lis contestanda hoc etiam probatur l. properandum C. de Iudic. quæ lex loquitur tota post lit. contest. & tamen in possessorijs loquitur.

ADDITIO. 114. Quia negari non potest Baldum in hac sua disputatione haud rarò de litis cõtestatione mentionem facere. Proinde nemo ambigit quin, regulariter eam scilicet verũ & substantiale processus iudiciarij esse requisitum, vt rectè scripsit Bald. in c. 1. de lit. contestat.
41. ipsam * singularem esse lapidem & fundamentũ iudicij, quo deficiente nihil superædificari possit Minsing. obs. 1. Cent.

Cent. 1. per multa iuris fundamenta hoc adfirmat. Item Bald. in l. incetti C. de interd. nu. 30. in omnibus causis, quibus diffinitiua desideratur litis contestationē requiri, adeò vt Bart. quoq; illam in summarijs causis requirere videatur, super constitut. ad reprimend. vers. summariè nu. 2. Præterea non ignorandum consuetudine * induci 42. quòd litis contestatio per simplicem facti narrationem & verbalem petitionem ac responsionem facta censeatur Panor. in c. in causis de re Iud. & per Bart. in l. 1. nu. 73. C. de lit. contest. vbi tenet litem contestari, si reus dicat posita prout ponuntur, & narrata vti narratur vera non esse, de qua re in ordinat. Cameræ part. 3. tit. 34. optimè prouisum habetur. Si aliàs de meritis * causæ constet. 43. Quòd processus ex defectu litis contestationis, non annullentur, pulchrè Minsing. obser. 62. cent. 4. Cæterùm an litis contestatio, in hoc retinendæ interdicto necessaria sit nec ne. Cum Baldo nostro sub hac distinctione, dicimus quod sic. Nimirū si ordinario * vel plenario tractetur possessorio, vbi verò de summario vel momentaneo dispici deberet, secus statuendū foret, de quo infra suo loco dictitatur. Quòd autem ordinariū possessoriū * plenas 45. probationes & sic iuris processū requirat. Id per Gail. obs. 7. in prin. lib. 1. multis ostenditur communiorē esse scribētiū opinionem Bart. d. constit. ad reprimendum in verb. summariè glos. in l. 1. C. quorum bonor. in verb. filium Alex. cons. 139. num. 14. cum seq. vol. 6. incip. circa primum dubium, & cons. 187. nu. 3. vol. 7. incip. visa copia Afflict. decis. 364. incip. fuit decisum vbi num. 5. scribit, quod possessionem per vnum testem non probare sufficiat. Et istam opinionem Cameram Imperialem sequi Gail. d. obser. 7. lib. 1. attestatur. Inde fit quòd plenarium dicatur, quia plenū & perpetuū in iudicio possessorio adfert prçiudiciū * licet in petitorio reparari possit. Bal. Paul. 46. de castro & cæteri omnes in l. ordinarij C. de rei vendicatione.

Ergò

ERgò probationes factæ lite non contestata
47. sunt * nullæ, quia ventum est ad media causæ omisso principio seu fundamento, quod est contra ordinem naturalem cuiuscunq; rei: & maximè iudiciorum, quæ in forma essent, si ordinem non haberent.

49. ADDITIO. 115. De forma substantiali dicuntur, quæ non sunt tradita ad aliũ finem quàm ad formandum, secus si alium respiciant finem ita Brun. in tract. de forma, in tit. Quand. censeatur aliquid trad. pro forma concl. 12. per tot. consultiss. ille Vincent. Hondedeius, cons. 27. incip. prosequendo ordinem &c. nu. 29. & 30. respondit, ordinem vtilitatis gratia ad instructionem & prouisionem * magis inductum quàm pro forma necessaria, sicut alia in iudicijs videntur commissa, quæ potius circa ordinem procedendi & instruendi ordinantur, quàm pro forma & eorum omissio actum non annullat, vt post Brun. vasquen. & alios notanter dixit Bursat. cons. 74. nu. 52. lib. 1. secus tamen si ordo pro forma appareret inducta, vti paulò inferius in addit. 119. & 120. quippiam habetur signatum.

50. ORdo enim quamlibet rem * ducit ad esse & nihil constat sine ordine compositionis sicut natura & legibus manifestum est, §. inordinatum, de hæred. & falcid. & d. l. prolatam. cum similib.

ADDITIO. 116. Idem scripsit Crauet. de antiq. tempor. in repetit. rubr. de leg. 1. nu. 2. inquiens, ordinem in
51. omnibus seruandum esse quia * vbi non est ordo ibi dicitur

tur esse confusio rerùm d.§.inordinatum gl. ibid.in verb. confusum Auth.de hæred. & falcid.

IMò etiam syllabæ & dictiones ac orationes proprium habent in suo loco situm, & ordinem atq; regulam, quam qui deserit, peccat, nisi saltem cum authoritate maioris per aliquam figuram, hoc est, per improprietatem introductum authoritate prudentum, qua non, nisi certa rarione & causa à maiorib. adinuenta, vtendum est, sicut agunt Grammaticæ fundatores. Quantò ergo magis legistæ, Speculatores boni & æqui qui distant à Grammatica, * quantum viri à puero, debent ordi- 52.
nem authoritate potestateq; maiorum institutum sequi, aliàs irritum est quod fit c. cum dilecta, de rescript. & c. Pisanis, de rest. spoliat.

ADDITIO. 117. Grammaticæ studentes appellantur grimaldi, tamen * postquam incumbunt legibus vel 53.
iuri Canonico vocantur Scholares, quod est nomen honoris §. item pretium Instit. de empt. & vendit. Rebuff. ita confirmat de priuil. Scholar. priuileg. 93. Sed in deriuatione & significatione vocabulorum, * Grammatici 54.
Poëtæ & oratores, non sunt spernendi. Nam Virgilius, Homerus, Cicero, Demosthenes & alij similes in legibus nostris adducuntur glos. in l. librorum §. quod tamen in verb. non continebantur ff. de legat. 3. Decia. cons. 123. nu. 21. vol. 3. Incip. & quò ad augmentum terræ, &c.

DIco igitur quod interdicto, * vti possidetis 55.
& vtrobi debet libellus offerri, & lis contesta-

ri, ac ordinariè procedi, & hoc tenet Bart. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poss.

ADDITIO. 118. Quoniam Bald. innuit interdictum
56. vti possidetis * & vtrobi, eodem iure censeri. Cùm vtriusq; interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata sit §. quorum vis & potestas vers. nam vtriusq; Instit. de interdict. nisi quòd hoc ad tuendam rerum mobilium possessionem. Illud verò ad retinendam rei immobilis possessionem comparatum sit. Sed dubi-
57. um insurgit, qua nam * ratione duo contendere possint, se vnam rem mobilem possidere, veluti si vnus teneat rem mobilem, constat eum solum possidere arg. l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. possess. Ergo is debet semper vincere & non actor. Cùm ei qui non possidet, hoc interdictum non competat, sicut vti possidetis. Et ita videtur huic interdicto non dari locum Bart. in l. vnic. C. de seq. poss. Ad istud respondit sic fieri posse. Quando duo contendunt se eandem rem mobilem possidere, quod fieri potest, vt potè habeo equum, quem dico me verè possidere, tu autem obijcis me à te habere istum equũ, ex causa, depositi, commodati vel simili, quibus casibus non transfertur possessio l. rei commodatæ ff. commod. Antequam igitur dispiciatur, ex qua causa habeam, dubium est vter possideat, & datur hoc interdictum vtriq;, ita pulchrè Ioan. Schneid. de interdicto vtrobi. Instit. de interdict. Cæterùm quòd in isto retinendæ possessorio, lis contestari & ordinariè procedi debeat, eatenus videtur locum sibi vendicare posse, quatenus aliud extraordinari-
58. um non proponatur, alioquin remedium * Ordinarium non facit cessare extraodinarium, quando istud pinguius prouidet. Bart. leg. in prouinciali §. 1. col. fin. ff. de no: oper. nunciat. gl. in l. vlt. C. si aduers. rem Iudic. de quo extat casus apud Ant. Capyc. Decis. 96. nu. 10. vbi primo

fuerat

fuerat motum iudicium Ordinarium vti posſidetis. Deinde fuit intentatum, remedium extraordinariũ & ſummarium, videlicet officij iudicis iuxta notab. practicam, quam dat Paulus de caſtro, in conſ. 5. verſ. authoritates.

IN contrarium videtur, quòd non ſit neceſſaria litis cõteſtatio, licèt * voluntariè bene poſ- 59.
ſit conteſtari, nam cauſa poſſeſſionis eſt parui præiudicij ſummaria, & maiòris iudicij id eſt rei vendicationis præparatoria. Ergo cùm ſufficiat ſummarius ordo litis conteſt. non requiritur de neceſſitate arg. l. 3. §. ſciendum & l. theſaurum ff. ad exhib. & l. de ſubmerſis C. de naufrag. & hoc tenet Guil. ff. de in integr. reſtitutione l. diuus, aliàs omnes.

Additio. 119. Non deſunt ex ſcriptoribus, qui vnà adſentiuntur litis conteſtationem in hoc iudicio minus eſſe neceſſariam Caſtr. conſ. 3. incip. in cauſa quæ vertitur coram D. Vicario poteſtatis Pergami col. 2. verſ. igitur lib. 2. Hier. Cagnol. in l. in pari, nu. 6. ff. de reg. iur. verſ. Eſtq; tanquam, (inquiens) præparatorium eſſe ad finem alterius iudicij ſtatutum. Ideo non exigitur libellus neq; litis conteſt. nec diffinitiua, ſed interlocutoria tantum, Bald. in l. quiſquis C. quorum appell. & Deci. conſ. 302. Ex æquo tamen omnes interpretes, non concedunt cau- 60.
ſam * poſſeſſorij minimam & leuis eſſe præiudicij, nam multæ in contrarium reperiuntur déciſiones, nimirum magni eſſe prçiudicij, quia magnum eſt poſſeſſionis commodum, vt inquit Bald. in l. conſentaneum in 6. notab. C. quomod. & quand. iudex. & gl. in §. retinend. Inſtit. de interdict. Abb. in c. conſultationibus circa fin. de offic. iud. deleg. adfirmat poſſeſſionis * commodum, ab onere 61.

probandi dominiū releuare, quod est difficilis probationis, & ibi plus dicit Abb. in causa possessionis, ordinem iuris requiri, vbi Felin. idem tenet & Bart. in l. naturaliter §. nihil commune col. pen. de adq. possess. falsum esse tradit quod causa possessionis sit vilis. Marant. de ordin. Iudic. part. 4. dist. 9. nu. 43.

ARchid. dicit, quòd in interdicto recuperā-
62. dę possessionis * non requiritur litis cōtestatio quia spoliatus est illicò restituendus leg. momentaneæ C. vnde vi.

ADDITIO. 120. Omnes ferè Doctores, in eandem fuerunt sententiam, recuperandæ interdictum non desiderare iudiciariū ordinem, nam spoliato ex iudicis officio remedium istud lite pendente conceditur Menoch.
63. de retinen. possess. remed. vlt. nu. 33. vult tamen * summariam causæ cognitionem fore necessariam, Castren. d. cons. 3. col. 2. vers. item in illa requiritur lib. 2. per text. in l. liberis §. vlt. ff. de liber caus. & text. in c. cùm venissent de Institut. Lanfr. in tit. de caus. poss. & prop. col. 8. Mansuer. in pract. tit. de possessorio nu. 24. in hoc iudicio summatim esse procedendum breui tempore & paruo testium numero.

64. NAm etsi Prætor aliquem * sine ordine iudiciario spoliauerit, sicut fuit facilis in extramittendo, sic celer debet esse in restituendo l. 1. §. necessario, ff. si mul. ventr. nomin: arg. l. minorem in prin. ff. de euict. l. si cum nulla, de re iudic. c. significantib. de purg. vulg. Id probatur

tur quia seruus potest hoc implorare, ergò nō requiritur vera forma iudicij, maior est not. per l. 1. C. si per vim vel alio modo, consequentia probatur. l. 3. §. pen. & l. seruus ff. de bon. poss. de hoc per Archid. 3. quæst. 1.

ADDITIO. 121. Præposteratio * ordinis vitiat actū, vbi 65. ordo est de forma Ripa in l. stipulatio nu. 27. de verb. obl. per text. in l. 2. §. prius vbi Bart. & alij de vulg. & pupill. Sed aduertendum in notorijs & manifestis ordo iudiciarius * necessariò non requiritur, & sicut nec pro actore 66. ordo requiritur, sic nec pro reo l. 2. ff. si quis Caut. l. ea quidem gl. ibid. C. de accus. c. manifesta 2. quæst. 1. Capell. Tholos. decis. 57. nu. 2. vers. quia tamen.

IN summa si hoc est in vnde vi. Ergo in vti possidetis, * cùm facilior sit retentio quàm re- 67. cuperatio arg. l. per procuratorem ff. de procurat.

ADDITIO. 122. Naturalis & ciuilis ratio quòd commodius sit in vti possidetis interdicto possessionem retinere, quàm per recuperationem petere, qui enim possidet * petere non potest cùm naturaliter ei dari nequeat 68. quod habet §. sed si nō legatarij Instit. de legat. Nam satius est possesionē retinere, quàm amissam repetere, l. is qui destinauit ff. de rei vend. sicut potius * est incūbere rei in 69. qua plus cautionis est l. plus cautionis ff. de reg. iur. quàm ad illam repetendam agere l. itaq; §. fin. ff. de furt. §. furti Instit. de oblig. quæ ex delict. nascuntur.

NOn semper & idem videtur in possessorio adipiscendæ vel mixtæ l. edicto. C. de edict. Di. Adria. tollend. l. fin. C. vnde vi.

ADDITIO. 123. Ista iura quæ de possessione adipiscenda & recuperanda respectiue dispicere videntur, quæ in mixto possessorio (si modo recte percipiatur) locum habere non possunt. Cùm istud mixtum in vti possidetis
70. & * vtrobi intelligendum veniat. His etenim interdictis
71. vterque litigatorum * possessionem rei, de qua agitur, sibi asserit, vterque se possidere, affirmat & aduersarium negat possidere, quod etiam formula vtriusque interdicti ostendit. Quia interdictum non ita concipitur vti possidetis, aut vbi hic homo, sed ita, vti possidetis, & vtrobi hic homo, id est, vt Theophilus interpretatur, penes vtrum hic homo fuit. Eam ob causam interdicta duplicia, vti possidetis, & vtrobi dicuntur mixta l. actionis verbo, in fin. ff. de oblig. & action. quò loci I.C. vlpia. re-
72. spondet. Mixtæ sunt actiones in quibus * vterq; actor est, vt puta finium regundorum, familiæ Erciscundæ, communi diuidundo interdictum vti possidetis, vtrobi. Non dicuntur interdicta duplicia, aut mixta, quòd tam recu-
73. perandæ quàm * adipiscendæ possessionis interdicta sunt, vt scriptum extat in l. 2. §. fin. ff. de interdict. Ea quidem verba supposititia sunt. Nullum (inquam) potest esse in-
74. terdictũ * simul adipiscendæ & recuperandæ possessionis, adispicimur namq; possessionem quam nunquam habuimus l. cùm hæredes ff. de acquir. poss. l. 5. §. 1. ff. de bonor. poss. Sed recuperamus possessionem quam habuimus & amisimus §. recuperandæ vbi gl. cum concordan. Institut. de interd. Et quod nunc primum adipiscor non recupero & quod recupero, nunc primum non adipiscor, Inconueniens itaque est dicere, interdictum aliquod esse de recuperanda & adipiscenda possessione simul. Ideoq; dicta verba finalia l. 2. sunt expungenda, qua-
75. re mens * illius §. fin. hæc est, Retinendæ possessionis interdicta sunt vti possidetis, & vtrobi, & hęc interdicta sunt duplicia, vt diximus, inquit I.C. Paulus in prin. d. l. 2. ff. de interd. in hæc verba, interdictorum quædam duplicia

sunt,

ſunt, quædam ſimplicia. Duplicia ſunt, vti poſsidetis. Exinde concludendum, quòd dictio (mixtum) non ſit referendum ad adipiſcendæ vel recuperandæ interdicta, per ea quę oculatiſsimus Ioan. Borcholt, in Comment. Inſtit. §. tertia diuiſio. De interd. perſpicaciter docuit.

ET hoc confirmatur ſic, * in vti poſſidetis 76.
duo ſubſtantialia ſunt probanda, vnum eſſe verum ex parte agentis, ſcilicet poſſeſſio, quæ eſt cauſa actiua, aliud ex parte conuenti ſcil. turbatio, quæ eſt cauſa paſſiua, iſta duo extrema, vt ſic dixerim debet actor probare.

ADDITIO. 124. Quandoquidem * poſſeſsio iuxta 77.
communiſsimam ac vbiq; locorum receptam Dd. ſententiam, eamq; in practica vſitatam plurimum facti habere dicatur l. poſſeſſio ff. de acq. poſſeſ. Ideo ſicut alia quæq; facta debent probari l. aſſeueratio C. de non num. pecun. l. ſiue & l. cùm res C. de probat. (Inferius ſuo loco præſertim §. 8. Aliud iam incipit dubium, nu. 10. cum ſeq; & §. 9. nunc enim ad principale num. 205. cum aliquot ſequent. vbi de ſingulari alterius cuiuſq; opinione oſtenditur.) Quare nedum poſſeſsio * probatur per inar- 78.
tificiales probationes, vt ſunt teſtes gl. in l. ſtipulatio iſta §. hæc quoq; de verbor. oblig. Dd. in c. cùm nobis de præſcript. admodum eleganter & doctè Fuluius Pacianus, in tractatu ſuo de probationibus Domino Chriſto redemptori noſtro dedicato, cap. 4. col. 1. libro 1. vbi grauiter ex Cicerone & Quintiliano, ac numeroſis interpretibus iuris, de artificiali probatione diſpicitur. Sed etiã per inartificiales nimirum præſumptiones & coniecturas, quibus poſſeſsio demonſtrarĩ poteſt, gl. & ibi Bart. ac cæterĩ in l. 2. & 3. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. Celſus, vbĩ Bart. ff. de vſu-

79. de vsucapionib. veluti si quis probet se * vel antecessores suos antiquitus possedisse, præsumitur adhuc tenere, ac inde possessio continuata dicitur Angel. in §. diutina in fin. Instit. de vsucap.. Sufficit igitur quem ostendisse, se vel suos præcessores possedisse, præsumitur etiamnum possidere, quia mutatio non præsumitur l. sancimus C. de Testament. l. 3. & l. eum ff. de probat. Dec. cons. 428. incipit. Viso consilio celebratissimi, &c. nu. 3. respondit
80. agentis intentionem ex probatione * antiqui dominij fundatam esse per Arerin. cons. 32. & alia iura infinita per Wesenbec. cons. 20. in prin. longa serie adposita. Alterum extremū, turbatio scilicet non adeo exquisita in-
81. diget probatione, nam * eo ipso quis turbatur satis, quòd pars diuersa se opponat iudicio Bart. & alij in l. si prius ff. de oper. no. nunc. Bald. noster in leg. ordinarij C. de rei vendic. Quotiescunq; enim impeditur actus per quem ostendatur possessio, tali casu quis turbari dicitur in sua possessione, & competit interdictum vti possidetis l. vim facit ff. de vi & vi armat. Lanfran. in repet. rubric. de caus. poss. & propr. nu. 10. §. repetiturus hanc rubricam. Nisi aduersarius se turbare negauerit gl. in l. si duo §. 2. ff. vti possid. Alex. cons. 88. vol. 5. Si enim possidet bono iure
82. inficiàs ire * potest se non turbare, Paris. cons. 112. incip. si originem aquæ. vol. 1. nu. XI. respondit vnumquemq; in dubio præsumi propter se principaliter quid facere, non autem ad iniuriam alterius. Ias. in l. ex hoc iure col.
83. 2. ff. de iustit. & iure. Alium namq; * turbare licet ex iusta causa dominij vel possessionis ciuilis Bald. in l. vlt. nu. 4. C. fin. regund. Alex cons. 99. incip. visis nu. 6. vol. 5. Porrò non omittendum quod respondit insignis Wesenbec. d. cons. 20. col. fin. vers. quanquam, Tempus scili-
84. cet factæ * turbationis libellandum & probandum esse Bart. in l. 1. §. interdictum num. 7. ff. vti possid. Etsi non quò ad diem, sed quò ad mensem & annum saltem per

alleg.

alleg. ibid. Id tamen non existimatur necessarium nisi cùm dolus turbantis arguitur. Bart. in d. l. 1. ff. vti posśid. & in l. 1. §. siue autem nu. 2. ff. de vi & vi armat. Angel. in §. quadrapli nu. 49. Institut. de actionib.

PRImum si possessio, quandoque probatur etiam sine ordine iudiciorum, dum possessor vult fungi præcisè, partibus rei l. liberis §. fi. ff. de liber. causa. Nam officio * iudicis recipi- 85.
untur probationes possessionis extra ordinem absq; libello & lit. contest. secundum Andræ. de Pis.

ADDITIO. 125. Baldus noster in hac sua disputatione multoties adfirmat in possessorio absque libello & litis contestatione recipi probationes, proinde ex officio iudicis qualiter, id fieri soleat paucis ostendere libet. Quanquàm secundum * quosdam agenti inter- 86.
dicto retinendæ possesśionis obstet dominij exceptio Bal. in d. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poss. Angel. in l. si de eo §. fin. ff. eod. Secus tamen * est quando 87.
aliquis impetrat. iudicis officium, quia totaliter sua possesśione spoliari timet Bald. singulariter in l. requirendi in fin. C. de ser. fugit. refert & sequitur Aretin. d. l. si de eo §. fin. col. vlt. ita Capyc. decis. 13. post prin. Paul. de castro in l. Attilius Regulus in fin. de donat. & solùm affert præiudicium lite pendente donec aliter fuerit ordinatū, & est tanquàm præparatorium ad finem alterius iudicij institutum, estq; aptitudine momentaneum, nam * sen- 88.
tentia lata mera & pura est interlocuroria, neutri parti tam in possessorio ordinario quàm in petitorio præiudicialis Gail. multis hoc comprobat obser. 7. num. 6. lib. 1.

89. Nec à tali sententia, * in Camera recipiuntur appellationes per tex. in l. 1. C. si de momentan. poss. fuer. appellat. Gail. d. obser. 7. sub. fin. tantum quoq; abest vt de iuris Canonici dispositione, in huiusmodi extraordinario possessorio appellari queat saltem quò ad effectum suspensiuum tex. est, in c. fin. §. de possessione 2. quæst. 6. Vbi casus habetur disertus.

SECVNdum substantiale, scil. turbatio, eo ipso notoriè apparet iudici, quòd reus neget, agentem possidere, turbat eum, quia turbare, est obscurum facere quis possideat, vt not. ff. quod met. caus. l. extat in gl. magna. Cùm igi-
90. tur * nec possessio per se, nec notorium per se indigeant ordine iudiciario, ideoq; non est litis contestatio de necessitate requirenda.

91. ADDITIO. 126. Dicitur equidem * notorium esse, quod vlla tergiuersatione cælari nequeat nimirũ, testibus examinatis, ac informationibus sumptis res notoria esse patet. Et sic notorium duobus saltem scientibus vel tribus testibus induci potest, gl. & Bart. in l. si tutor C. de peric. tutor. Crauet. cons. 121. incip. scripsi aliàs nu. 2. alleg. Bald. nostrum & dd. in l. cùm quidam §. quod dicitur ff. de acquir. hæred. Idem Bald. in l. Titius §. Lucius ff. de lib. & posthum. Ias. in l. si verò §. qui pro rei col. 2. ff. qui sa-
92. tisd. cog. Inde fit * quod eiusmodi notorium velit iudicem ex officio procedere posse & sic litis contest. non opus esse, glos. in rubr. de interrog. action. Marian. Socin. sen. in c. quoniam frequenter col. 20. vers. 25. fallit, vt lit. non contest. quò loci infinitæ adducuntur fallentiæ, quibus casibus sine lit. contest. procedi possit.

ET confirmatur, quia possessor potest de facto aduersarium compellere, vt not. ff. vti possid. leg. 1. §. interdictum autem hoc in gl. mag. ergo & per iudicem, & quia Iudex * de facto 93. repræsentat partem, sicut de facto potest pars. ita & iudex, vt not. in l. nec quicquam §. vbi decretum, de offic. procon. per Iacob. Butrig.

Additio. 127. Hoc eam ob causam ita prouisum est, ne partes inuicem sese turbando ante ordinationem plenarij * possessorij ad arma veniant, ac ensem pro libello ostendant, vt scribit idem Bald. noster in l. quisquis ff. quor. appellat. maximè cùm quælibet pars contendat se posside re, Cagnol. egregiè d. l. in pari nu. 6. de reg. iur. per alleg. ibid. 94.

ET ideo qui se putat de possessione victurũ, securè * ante litem contestatam expellat aduersarium, secundum quosdam, Sed tamen Andræ. de Pis. contra per l. 1. §. si quis propter, vers. Sed si per vim, ff. de itin. actuq; priuat. quia ipse dicit facto aduersarij, non videtur à possessione exclusus, secund. Andrę. de Pisis ad hoc fac. not. in l. si abducta C. de furt. in vlt. gl. respondeo non mireris, &c. 95.

Additio. 128. Sed ratio hæc esse posset (contra Andr. Pisanum, scilicet arguendo.) Nam qui * ante lit. 96. contest. possidet, censetur bonæ fidei possessor l. 1. & 2. C.

de petit. hæred. l. sed etsi §. si ante ff. eod. Canonist. in c. si diligenti & c. vlt. de præscript. sed non refragamur, post motam controuersiam omnes possessores intelligi pares d. l. sed etsi lege §. si ante ff. de petit. hæred. Gabr. Mudæus, in l. si possessor hæreditatis §. quòd si post petitam nu. 2. ff. illo tit.

97. CAETErùm nihil patrocinatur * expulsio post lit. contest. cùm lex penderet tempore litis contest. vt d. §. hodie & not. ff. quod met. caus. leg. extat in mag. glos. super articulo de vi turbatiua.

ADDITIO. 129. Paulò antè dictum est quòd securè quis aduersarium suum ante lit. contest. valeat expellere, Aliud tamen Bal. noster hoc loco censuit, vbi lis introdu-
98. cta * facit expulsionis actum prorsus illicitum. Exemplū peti potest ex Iasone in l. 2. nu. 105. vers. & tenendo hanc partem C. de iure Emphyt. Aretin. cons. 21. incip. diligens, alios ibid. adducendo. Vbi dominus in certis casibus emphyteutā propria authoritate expellere ac possessionem ingredi potest, si tamen pro expellendo emphy-
99. teuta, iudicem adiuerit, non licebit vlterius lite * pendente, vti facultate illa rem propria authoritate ingrediendi, quia via quam elegit sibi pateat, vt per Iason. in d. l. 2. nu. 14. Idem tenuit Capyc. decis. 119. nu. 9. Nisi in motione iudicij fuisset protestatio & reseruatio facta, propriæ facultatis, Ruin. cons. 57. incip. circa, vol. 4. Natta cons. 430. nu. 23. incip. in caus. lib. 2.

100. ILlud constat, quòd iudicium * possessorium facti est, vt l. 2. ff. si ser. vind.

ADDI-

ADDITIO. 130. Ad eiusmodi quæstionis enodationem operę pretiũ esse ipsa verba text. d.l.2. hic adponere, vbi I.C. vlpia. in §. Pomponius, sic decidit, alibi enim de iure, id est, de confessoria actione, alibi de facto, vt in hoc interdicto, quæritur, quod & Iulian. lib. 48. digestorum scribit, pro sententia Iuliani facit, quod Labeo scribit, etiamsi testator vsus sit qui legauit vsum fructum, debere vtile interdictum fructuario dari, &c. Exinde * constat 101. possessionẽ in facto consistere, nam in acquirendo plus facti habet quàm iuris, facto opus est, id est, apprehensione tex. in l. deniq; ff. ex quib. caus. maior. & in l. si quis vi §. differentia ff. de acq. possess. & in l. cùm hæredes ff. eod. quia à pedum * positione dicitur l. 1. ff. illo tit. Sed lectio 102. Florentina habet à sedibus, idq; idem Paulus I.C. in l. 3. §. ex contrario sub fin. ff. eod. innuit, ibi, in quo ego sedeo tu sedere videaris quam sententiam Ant. Contius probè sequitur Disput. Iuris ciuilis lib. 1. cap. 9. incip. de possessionis appellatione. Vbi Florentinam lectionem aduersus vetustiora glossographorum scripta constanter defendit. Proinde iam haud ineptè euincitur * possessionem 103. esse detentionem Imperat. in l. vnic. C. de vsucap. transfor. detinendi verbo aliquoties vtitur, pro possidendi & & in l. pen. C. de præscript. 30. vel 40. annor. possessionem detentionem, & possessorem detentatorem appellat, & ista quò ad eius nempe in facto possessionẽ consistere dicta sufficiant. Verum enimuero * alia quæq; non in- 104. fimæ authoritatis iura, possessionem ius esse ostendunt, vnde Bart. definitio sic habet. Possessio est ius insistendi rei non prohibitæ possideri, vtitur quidem Bartolus iuris vocabulo, & possessionem ius esse dicit. Possessio quidem non * est prædium, quod possidetur sicuti nec hæreditas 105. est fundus, qui est in hæreditate. Ex apprehensione autem prædij, quæ fit animo possidendi, nascitur ius quoddam incorporeum quod possessionem vocamus, sicuti

106. ex apprehensione* fundi hęreditarij facta eo animo, quòd quis velit esse hæres, oritur ius incorporeum, quod vocamus hæreditatem Ioan. Borcholt. in tract. de acq. poss. cap. 1. nu. 18. ita quidem eruditè differit ac Bartoli tanquàm iuris aquilæ definitionem confirmat, defenditq́; DD. quoq; eum sequuntur communiter, possessionem
107. definiuit ius. Idq́; * non ineptè ostendi posse videtur ex l. peregrè ff. de acquir. poss. Ibi, peregrè profecturus, pecuniam in terra custodiæ causa condiderat, reuersus locum thesauri in memoria non repetijt. Quæsitum fuit an desijsset possidere pecuniam. Respondit Papinia. quoniam custodiæ causa, pecunia condita proponebatur ius possessionis ei qui condidisset non videri peremptum, nec infirmitatem memoriæ damnũ adferre possessioni, quam alius non inuasit. Rursus quòd possessio ius sit probatur in l. non ideo C. de liber. caus. Vbi Titius emit ancillam à fisco, ea in libertatem proclamauit & Alexan. Imper. rescripsit, Titium ius possessionis inconcussum obtinere, si ancilla se liberam esse non probauerit. Ecce hic Titius inconcussum ius obtinet possessionis, hoc est ancillam possidet, quia nec ipsa probauit se liberam esse. Possessio igitur (demonstrat Ioan. Borcholt loco antè relato) ius est, & res incorporalis & incerta, quæ tangi non potest veluti hæreditas, vsus fructus, vsus & obligationes quoquomodo contractæ §. incorporales Instit. de reb. corporal.
108. & incorporalibus. Ne tamen omnimodo ab vsitata* practica discedere velle censeamur, cum Bal. nostro insigni practico dicendum erit, ex ipsius cons. 251. vol. 5. Incip. sententia quam tulimus, sub fin. ibi. Imò secundum Innocent. potest quis possidere in quandam facultatē actuum, sed non iura, nisi verò habeat iura, vnde ille qui præscribit seruitutem, interim benè est in quasi possessione seruitutis prout significat factum, id est, quoddam ire & agere vel simile l. 2. ff. si seruit. vind. quòd est ipsa veritas,

Ex quo lucidè videmus, quòd Bald. noster nedum disputando, sed etiam consulendo se fundat authoritate d. l. 2. §. Pomponius, ibi, etiamsi testator vsus sit, ff. si seruit. vindic. cui conuenit respons. Iabolen. in l. quæstio, Ibi, possessio. ergo vsus est ff. de verb. signif. Gail. obser. 129. nu. 4. lib. 2. Ideo tandem cum subtilissimo Vacon. à vacun. cōcludendum esse arbitramur in declaratione 32. lib. 2. sub fin. vbi in hæc scripsit verba. Quemadmodum igitur obligatio * naturalis ab vlpia. appellatur factum ad differen- 109
tiam obligationis ciuilis ita ab alijs Iureconsultis in multis legibus possessio naturalis appellatur factum, ad differentiam possessionis ciuilis quæ est Ius. Et quatenus possessio * iuris nomen esse intelligitur, de vera ciuili pos- 110
sessione, non de modo & actu meræ facultatis naturalis Schurff. cons. 1. nu. 26. & seq. cent. 3. quem ad hoc citat Wesenbec. cons. 58. num. 29. part. 2. per gl. in l. solent. verb. qualitate ff. de offiic. procons. de hac re suprà, in addit. 28. sub fin. & infrà circa Additionem, 191. plura habentur.

DICIT Guil. super nullo possessorio esse de necessitate litem contestandam, sed Bart. dicit super omni possessorio, quod inter duos proponitur, vnde interdictum vocatur litem esse contestandam alleg. d. §. hodie. ver. dicitur, quòd inspiciatur tempus lit. contestat. ad hoc se debet referre probatio actoris, vt not. c. abbate, de re iud. lib. 6. & not: l. interdictum ff. de interdict. vbi inspicitur tempus lit. contest. vt exinde veniant fructus officio iudicis, vt not. l. ædiles §. item sciendū ff. de ædilit edict.

licet

licet in arbitrijs etiam veniant ante lit. contest. officio iudicis, l. sed & pariter in prin. ff. quòd met. caus. l. 1. cum gl. ff. vtrobi, & l. fin. in gl. C. si per vim vel alio modo, & quod. not. Bart. in l. si de fund. ff. de vi & vi armat. Et hoc, verum, nisi tale sit possessorium, quod non requirat certum aduersarium d. leg. edicto C. de edict. D. Adri. tol. vel. nisi lege expressè caueatur, quòd iudicium sit summarium, vt l. 3. §. missum ff. ad carbonian. l. 1. §. si ea ff. de ventr. in posses. mitt.

111. ADDITIO. 131. Hæc iam dicta * sunt exigui momenti & vilis præiudicij in quibus semiplenæ sufficiunt probationes, vt declarat Bart. in d. l. 3. de carbon. edict. pariter etiam in interdicto quorum bonorum, quod itidem est modici præiudicij, vnde sufficiunt, semiplenæ probationes secundum Bart. in l. 1. col. fin. ff. quor. bonor. fac. l. 3. §. sciendum & ibi glos. ff. ad exhiben.

NAM ex quo ibi est speciale, ergo in contrarium est ius commune secund. Bart. & hoc ve-
112. rũ nisi possessio * esset de tam modica re, quod ipsum possidere non esset pluris quinquaginta aureorum, vt in auth. nisi breuiores.

ADDITIO. 132. Huc confert quòd de iure speciali conceditur non debet considerari Bal. noster in l. 4. §. 1. per illum text. ff. de fideicom. libertat. & not. Bart. in l. 2. col. 5. vers. sed circa hoc dubitatur ff. de vulg. & pupil. & in l.

in l. fin. col. 2. C. de sent. pass. & in l. quamdiu la. 1. ff. de acq. hæred. Inde etiam est quòd species,* de genere ex- 113.
cepta non contineatur sub genere l. sanctio legum ff. de poen. l. doli clausula, de verb. oblig. Dyn. in procem. de reg. iur. in 6. nu. 14. Id maximè obtinet cùm de iure illo speciali per * expressum appareat esse demonstratum, eò 114.
magis tali tanquàm speciali casu attendi debebit. l. quidam relegatus ff. de reb. dub. per not. Bal. in l. 1. quæst. 6. C. de instit. & substit. Lex alioquin * non se refert ad ea 115.
quæ raro eueniunt, sed quæ facilè & frequenter accidunt l. 3. 4. & 5. ff. de legib. Hinc Bal. in d. l. 3. ait, quod * sicut 116.
vna hirundo non facit ver, nec formosa dies æstatem, ita nec vnus vel alter casus legem. Idcircò Hypocrates (Plinio teste) nihil de podagra * scripsit, quia cùm ætas fragi- 117.
lis esset, eum morbum futurum non putauit, & Zasius quoq; noster ad l. iura & l. ex ijs ff. de legib. ex eodem Plinio enarrat podagram ab Hypocrate curandam non fuisse susceptam, ea de causa si ætas fragilis esset, eum morbū non existimauerat futurum. Neque Solon qui Athenienſibus leges dedit, parricidij supplicium * statuit, quod 118.
eiusmodi casum euenire nō credidit, vt Cicero in Orationibus suis testatur Hier. Cagnol. in l. ea quæ raro num. 4. ff. de reg Iur.

FACIT per Guil. quod possessio * ex negligentia perdatur l. quare, quia ibi tacita adest voluntas perdendi. 119.

ADDITIO. 133. Si quis tenetur ad aliquod factum in genere certo tempore & loco non limitatum, tunc * sunt 120.
diuersi modi probandi negligentiam sicut facta sunt diuersa. Vbi tamen testes super negligentia, producerentur & deponerent quem negligentem * fuisse, & non reddde- 121.
rent dicti sui rationem, eorum testificatio nihil probaret.

Lanfran. de testium deposit. cap. 8. nu. 98. vers. sciendum est tamen. alleg. Bart. in l. hæredes palam in prin. ff. de testib. per rationem secund. eum, quia negligentia est quædam priuatio, nihil enim aliud est quàm diligentiæ pri-
122. uatio, & sic quædam negatiua * quæ probari non potest, nisi coarctata loco vel tempore, vt not. in c. cùm Ecclesia
123. sutrina ext. de caus. poss. & prop. Alioqui negligens * qui non reperitur, ex temporis cursu non læditur, vt not. in §. 1. Auth. de appellat. collat. 8. & c. quia diuersitatem de conces. præb. id quoq; naturalis dictitat ratio, quæ ad cuncta ritè respondet l. si me & Titium ff. si cert. pet. & vix re-
124. peritur aliquid contra * naturalem rationem & discretionem quod non remordeat conscientiam, vt not. l. in hac per gl. mag. de Triticar. Bald. cons. 38. sub fin. vol. 1. Incip. Dominus Thomas.

CONtumax verò in iudicio non propterea videtur possessionem deserere, vt not. in l. sciendum §. si fundum ff. qui satisd. cog. Item
125. non obstat. quod iudex ex contumacia * potest alicui auferre possessionem l. fulcinius §. fin. & not per Innoc. c. dilecto de verb. sig. quia illud est verum incidenter officio iudicis non iure actionis.

ADDITIO. 134. Ob solam contumaciam priuare quem possessione sua iniquum videtur iudici, eò quòd possessio maximum commodum soleat afferre §. com-
126. modum Instit. de interd. Ideo ob contumaciam * leuem neminem iure suo priuari debere scripsit Deci. in l. 2. nu. 20. C. de edend. Aretin. cons. 46. nu. 1. Crauet. cons. 103.
127. Adeo, vt nedum causa leuis à contumacia * sed etiam ab

alijs

alijs excuset delictis glos. mag. in l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemper. vbi Socin col. fin. eam miris modis extollit, per notab. doctrinam Angel. in l. prætor §. hæc actio ff. vi bon. rapt. Thom. Gram. decis. Neap. 5. nu. 25. quò loci decidit, si quis * commisit delictum, ex iniusta causa 128. motus, ex quo delicto veniebat imponenda mortis pœna seu corporis afflictiua, non tenebatur ad eam respondere, respectu illius causæ etiam iniustæ.

NAM cùm incidenter sententia est interlocutoria: at verò cùm principaliter sententia lata super possessorio est diffinitiua l. 1. in gl. C. si de momen. possess. ergo requirit contest. lit. Item non obstat leg. edicto, C. de edict. D. Adr. toll. quia illud verum est nisi certus aduersarius, qui reus debeat reputari, vt quia possideat, se opponat, tunc enim debet ei offerri libellus, nec lis contestatur, cùm ibi non sit verè pars principalis rei, auth. si omnes C. si minor. ab hæred. se abstin.

ADDITIO. 135. Ideo dicitur interlocutoriæ qualitatem habere, * si quis ab ea velit appelare, quòd necesse 129. habeat in ea causam inferre rationabilem appellandi, vt potè si * sententia esset lata inimicitia, vel dolo iudicis, 130. vel eius latissima culpa, quia talia sunt emendatione digna, & non debent remanere indiscussa & incorrecta, vt not. in l. seruo inuito §. cùm prætor & ibi glos. sing. ff. ad Trebell. aliàs in possessorio momentaneo * non conceditur appellatio. Idq; tam de iure Canonico quàm ciuili 131. procedit, Bal. cons. 217. col. vlt. circa fin. vers. aduertendum

dum tamen, vol. 2. incip. verba libelli, &c. Sed Quintilian. Mandosius in tract. de inhibit. quæst. 59. nu. 4. tenet de iure Canon. appellationem concedi: videantur eximij Scholares Tubing. disput. 6. concl. 37. peregregias ibid. allegationes.

ITem non obstat, quòd possum mea authoritate, multò fortiùs adiuncto prætore, nam hoc verum non est, quia non liquet prætori l. hoc autem ff. quib. ex caus. in poss. eatur: nec po-
132. test liquere, * quia non liquerat ordine debito, scil. post lit. contest. quia aliàs non liquet ritè, secund. Bart. in d. §. nihil commune.

133. ADDITIO. 136. Nec * sententia difinitiua ferri potest super eo, in quo lis non fuerit contestata Bal. in l. post sententiam nu. 4. C. de sent. & int. omnium Iudic. Deci. in d. l. fin. nu. 21. C. de edict. D. Adria. toll. nisi essemus in casu vbi libellus non foret necessarius Abb. in c. quoniam frequenter nu. 3. in fin. Vbi Marian. Socin. vers. 22. fallit extrà, vt lit. non contest.

ITem non obst. quòd lite non contest. potest ferri diffinitiua pro reo, absente actore, vt in d. Auth. qui semel. Sed possessorium est duplex,
134. ergo * in quantum reus impetrat sententiam præsens contra absentem quia fingitur agere secund. Guil.

ADDITIO. 137. Securiùs tamen est, vt absens vel per
135. nuncium * vel per epistolam imprimis admoneatur Bart. in extrauag. ad reprimend. verb. per edictum nu. 2. & 3.

vbi

vbi docet. Si aliter fiat absentem grauari, & per iudicem appellationis omnia rescindi debere, maximè si de graui agatur præiudicio. Idem Bart. in l. solent ff. de aliment. & Cibar. leg. Cùm aliàs * etiam de iure communi citatio in 136. quolibet actu requiratur, Felin. in c. cùm olim nu. XI. de sent. & re iudic. Verùm in Camera * Imperali citationes 137. regulariter ad totam causam fiunt. Ideo procuratorum mandata in prætorio illo Imperiali non admittuntur, ad vnicum actum iudiciarium, sed litium finiendarum gratia receptum est, vt ad totam exhibeantur causam Gail. obser. 51. nu. 10. & seq. lib. 1. quò loci multa hac de re distinguendo adducuntur.

NAM quòad ordinem * iudicij ille solùm 138. dicitur actor qui prouocat l. in tribus ff. de iud. & ipse primò enarrat, & primò allegat in causa l. Nesennius Apollinaris: neg. gest.

Additio. 138. Huic etiam consonum est, quòd doctissimi Scholares iuridicæ facultatis apud Agrippinenses, de interdict. retinend. possessionis in Anno 1593. sub 14. Calend. Iulij in XV. Thesi disposuerunt. Quamuis (inquiunt) duplex sit hoc interdictum (tamen * quò ad 139. ordinationem iudicij non quò ad substantiam) actoris loco habetur is, qui primò prouocauit d. l. in tribus & l. qui prior vbi gl. & Dd. ff. de Iudic. Verùm contra istud quòad substantiam, dari potest instantia, nimirum, quòd in effectu non semper duplex censeatur, sed solùm quando turbator prætendit se possidere. Sin autem * quis animo 140. iniuriandi & non possidendi turbaret, eo casu non est duplex Bart. in l. si duo §. 1. in l. 1. §. huius autem ff. vti possid. Bald. in l. 1. super quarta gl. C. eod. tit.

SED quò ad effectum iudicij, duplex est iudicium, quia implicitum est, aduerte dicit

Bart. in d. §. nihil, quòd contra actorem absentem fertur diffinitiua, quia eo ipso quod offert libellum, videtur litem contestari secundũ P. vnde contra actorem proceditur lite per eum contestata, secundum Bart. quòd falsum est. Quia inter oblationem libelli & litis con-
141. test. * est maximum interuallum, & quia actor habet replicationem declinatoriam excep. declinatoriæ l. quoniam C. de adulter. quam nõ haberet si diceretur quòad se lis contestata arg. l. fin. C. de except.

ADDITIO. 139. Vbi petitur aliquid dari vel fieri non potest perueniri ad diffinitiuã nisi lite contestata, si modo pars est præsens. Sin verò absens peruenitur ad primũ
142. & secundum decretum, * vel ad alias compulsiones, de quib. idem Bal. noster in l. 1. C. de lit. contest. vbi autem reus semper fori declinatoriæ adhæreat, & ad vlteriora lite non contestata procedatur, meritò sententia dicetur esse nulla, eò quòd litis contestatio de substantia iudiciarij ordinis reputetur, vt in c. de causis, extra de offic. deleg. & in c. cùm causam de apellat. Speculat. sub titul. de lit. contest. §. 1.

OMnibus his consideratis, quid dices? respõdeo. Si quidem est præsens actor, & reus tempore litis contestandæ, debet lis contestari, nisi, iudicium esset summarium de sui natura vni formi. scil. tam inter absentes quàm inter

præsen-

præſentes, vt in c. diſpendia de iudic. in clem. & adde quod not. in c. venerabilem, extrà qui filij ſint legitimi.

ADDITIO. 140. Summarium poſſeſſorium ideo inuentum * eſt, ne lite pendente ſuper poſſeſſione partes 143.
ad aliquam rixam deueniant, vtque ſciri poſſit commodiùs, quis actor & quis reus eſſe debeat, ita Bal. & Caſtren. deducunt in leg. ordinarij C. de rei vend. Idem vult. Caſtrenſ. conſ. 3. incip. in cauſa quæ vertitur vol. 2. & Curt. ſen. conſ. 61. col. fin. Quamobrem iudex debet ſummarias capere informationes, vter eorum meliùs poſſideat, vel de poſſeſſione probet & illum faciat fungi vice poſſeſſoris, alteri inhibeat ne ad poſſeſſionem accedat, ſaluo iure vtriuſq; partis, tam in proprietate quàm poſſeſſione Iaffred. deciſ. 9. addens iudicem melius hoc pacto facere, quàm * ſi vel rem ſequeſtraret, vel parti inhiberet ne rem 144.
ipſam accedat per Innoc. in c. præſentia de probat. Bal. in d. l. ordinarij per authoritates ibid. citatas C. de rei vend.

SI non adeſt actor non oportet litem conteſtari, vt in d. Autha. qui ſemel C. quom. & quand. Iudex: ſi autem abeſt reus, & aliquis defendit eum, nominatq; in iudicio, dic. vt in alleg. Auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport. Si autem nemo defendit hîc eſt dubium. Ego tamen ſic diſtingno * aut poſſeſſo- 145.
rium eſt ſemiplenum & temporale, & non conteſtatur lis, d. leg. 3. §. miſſum, de carboniano edicto.

146. ADDITIO. 141. Si contentio * inter partes ratione possessionis suboriatur, tunc iudex mandare potest ne veniant ad rixas Bal. noster in l. 2. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. Idem in c. cùm Ecclesia vulterana, de elect. Ias. in l. quidam existimauerunt col. 3. ff. si cert. pet. Secus ta-
147. men si de certo possessore constet, quia tunc * non debet vtriq; parti præcipere, sed solùm ei quæ non possidet Bal. in l. æquissimum ff. de vsufr. Et casum scimus alteri parti, quę nō possidebat, in Augusto Imperiali prætorio sequestrationem possessionis à se importunè petitam fuisse denegatam, quia pars aduersa munitissimam obtinebat arcem, vnà cum adiacentibus villis ac pertinētijs, & licet de armorum præparatione multa & magis vana quæq; spar-
148. gerentur (cùm ad iudicis pertineat * officium scandalis obuiare & possessionē apud tertium sequestrare, per Bart. Bal. Flor. Alex. & alios in d. l. æquissimū ff. de vsufr. Curt. sen. d. cons. 61. incip. super eo articulo.) Attamen oculatissimi domini Iudices, eiusmodi armorū cōminationes parui & nihili faciendo, vaniloquos illos rumores mini-
149. mè curandos esse accuratè existimauerunt. Nam si * ex abrupto eiusmodi sequestratio nō seruatis seruandis procederet, Planum foret, vt de facto eam reuocatam iri decerneretur Curt. in tract. l. vnic. C. de prohib. sequestrat. Benintend. Rota Bononien. multa quæq; adducit insignia fundamenta concl. 73. nu. 3. & 4. Vtrum autem sequestratio fieri possit per iudicem à quo. vid. Gail. obser. 147. num. 7. lib. 1. alleg. Philip. Franc. in c. cùm teneamur de appellat. & glos. in c. 2. verb. sequestrari de sequest. possess.

AVT est perpetuum, id est, sine temporis
150. præfinitione, & tunc requirit * probationem proprietatis & debet lis contestari exemplum

in l. 2.

in l. 2. §. quædam ff. de interdict. quia causa est ordinaria & ardua, ex regula generali arguo l. iudices C. de iudic.

ADDITIO. 142. Ordinarium possessorium quod & plenarium vocatur. Idq; ordinario iudiciali * peragitur modo, vt super ipso possessorio, cuius contemplatione lis ordinata est, diffinitiuè pronunciari queat, ita vt victor in possessione perpetuò, id est, sine temporis præfinitione remaneat, donec succumbens pars in petitorio experiatur iudicio. ac obtineat. Plotus in l. si quando. nu. 114. C. vnde vi. Et reuera hoc * possessorium non est modici præiudicij, & qui secus arbitrati fuerint ex toto errāt. Marant. in tract. de remedijs possessorijs nu. 262. alleg. Bald. in leg. consentaneum in 6. notab. C. quomod. & quand. iudex. Bart. in d. l. naturaliter §. nihil commune col. penult. vers. ad rationes de acquir. possess. Gail. de obser. 7. num. 4. lib. 1. per multa ibid. iura. Et habeo mihi exploratum satis quòd eiusmodi ordinarium possessorium in controuersia quadam Illustri & maximi ponderis, super iure incorporali, sine iuuamine proprietatis ritè expediri non potuerit. Sed pars victa, vt pleriq; adseuerant, petitorium, aliquot centurias articulorum exhibendo curauit institui. Cæterùm possessoria remedia, dicuntur habere * admixtam proprietatis causam, sicubi ad victoriam tituli seu dominij probatio fuerit adhibita per gl. in d. l. 2. §. quædam ff. de interdict. & quatenus illa gl. docet * interdictum de itinere actuque priuato adnexam habere proprietatis causam, id ita accipiendum esse, si agatur vt iter reficere liceat, secus autem, si vt liceat iter facere vel aliàs l. 3. §. hoc interdictum ff. de itin. actuq; priuat. Ripa in d. §. nihil commune, de adquir. poss. Hoc itaq; pacto intelligendum esse videtur quòd Bald. disputat. probationem proprietatis, & litis contestationem in isto ordinario pos-

151. 152. 153. 154.

sessorio

ſeſſorio requiri, quia perpetuum adfert damnum & præiudicium, donec pro altera parte cognitum & pronunciatum fuerit ſuper dominio, & per Bald. Corn. Alex. Iaſ. Dec. ac cæteros comuniter in ſæpè d. l. fin. C. de edict. Di. Adria. toll. & quando reus litis conteſtationem recuſaret,
155. tunc eum * iudex ad conteſtandam compellere debebit, iuxta gl. in d. auth. Qui ſemel C. quom. & quand. Iud. Afflict. deciſ. 283. num. 3. verſ. Et ideo: Vnicum adhuc
156. ſubdere libuit, quod * ab ordinario poſſeſſorio appellari poſſit, taleſq; appellationes legitimè interpoſitas Camera Imperialis quoq; recipit Gail. d. obſer. 7. ſub fin. lib. 1. Id tamen non debet, intelligi quò ad effectũ ſuſpenſiuũ,
157. ſed magis eſt * quò ad deuolutiuum. Nam lata ſententia demandabitur executioni per Bart. in l. 2. col. 2. de appellat. recip. Alberic. de Roſat. ibid. Et ratio cur non appelletur quò ad effectũ ſuſpenſiuum iſthæc eſt, quia grauamen in petitorio reparari poteſt Plot. in d. l. ſi quando C. vnde vi. Lanfran. in d. c. quoniam contra in ver. interlocutoriæ & appellationes nu. 102. Hier. Cag. multoties d. l. in pari nu. 7. de reg. iur. Ioſeph. Lud. ab Aſſiſio. Definition. Peruſin. deciſ. 20. nu. 14. & 15. part. 1. Tubingenſes d. diſputat. 6. de proceſſu iudiciario concluſ. 39. per authoritates ibid. adductas, huiuſce rei cauſa haud inutiliter euoluendas.

158. AVT eſt poſſeſſorium nudum,* & tunc aut correſpondens petitorium ipſi poſſeſſorio eſt ſummarium, & tunc vtrumq; erit ſummariũ arg. d. c. diſpendioſa in verb. tangentib.

ADDITIO. 143. Pro elucidatione iſtius opinionis
159. fingendum eſt, ſi magiſtratus * committat cauſam petitorij & poſſeſſorij ſimul, tunc vtraq; cauſa ſimul eſt determinanda d. l. ordinarij C. de rei, vend. Secus eſſet, vbi data ſit

ta ſit poteſtas procedendi ſummariè ac ſola facti veritate inſpecta, quia vigore dictæ clauſulæ, poteſt iudex poſſeſſorium & petitorium ſimul expedire, vt tenuit Senat. Pedemont. decif. 1. nu. 28. prout etiam quando commiſſa eſt cauſa attentatorum, & negocij principalis ſimul, tunc attentata prius purgari debent, tot. tit. nihil. nouand. appell. pend. & c. non ſolùm, de appel. in 6.

SI verò petitorium eſt ordinarium, tunc refert, aut tale poſſeſſorium expeditur officio iudicis, ita quod non * requirat altiorem indaginem, & tunc lis non conteſtatur de neceſſitate d. l. edicto & l. 2. C. de edict. D. Adr. toll. quia neminem ibi impugno, ſed iudici concludo. 160.

ADDITIO. 114. Sicubi iudex viderit propter litigioſam * poſſeſſionem ſubeſſe periculum, tunc ne partes ad arma conuolarent, ex officio inhibere & mandare poteſt, vt ſuper litigioſa poſſeſſione exhibeant articulos, ac teſtes nominent, qui etiam examinentur, ſecund. diſputationem Ordin. Cameræ, Anno 1548. Auguſtæ vindelicorum celebratam part. 2. tit. 21. §. Ob auch/ ꝛc. Minſing. huiuſmodi rei gratia aliquot adducit præiudicia obſer. 96. cent. 2. per alleg. ibid. dictitans quando inter duos pluresuè de poſſeſsione controuertitur, & res ad arma ſpectare videatur, poſſit ſuperior tali caſu ex officio, vel ad partis alterutrius inſtantiam poſſeſſionem rei litigioſæ ſequeſtrare, & citare partes, vt iura ſua ſummariè deducant, & ſic velo leuato celeriter procedant: ita paucis ab hinc annis inter Eccleſiaſticum Principem, & quendam egregium Comitem de ſaluo conductu, vehementer & armata quaſi manu controuertentes, factum & ſummariè hinc 161.

 inde

inde processum esse constat. Attamen ipse Comes in momentaneo illo obtinuit possessorio, & hac ratione quietus remansit possessor, donec temporis successu, in ordinario possessorio aliud decidatur. Sed Grammatici (vt aiunt) certant, adhuc sub iudice lis est, quæ prorsus sine lit. contestatione ac legitima iuris actione haud conuenienter diffiniri poterit, iuxta sequentem Baldi nostri sententiam.

AVT expeditur iuris actione, & sic propter factum aduersarij, ipsum intento, & tunc non potest ferri diffinitiua, nisi lite contest. Sed
162. per interlocutoriam * potest auferri possessio, & conferri actori seruato tenore, qui requiritur in secundo decreto, & ita intelligitur Guil: & Innoc. & fac. quot not. in l. si prius in gl. ordinaria sunt, verb. iubere. de oper. no. nunciat.

ADDITIO. 145. Tenor qui in secundo decreto,
163. id est, secunda missione requiritur * is dicitur quando, vel per testes, vel instrumenta plenè de causa pateat Bart. in leg. cùm proponas C. de bon. auth. iudic. possid. & in l. fin. §. sin autem C. eod. tit. Idem Bart. in d. l. Fulcinius §. cùm hoc ff. ex quib. caus. in possess. eatur. Sed non in omnibus causis, secundum interponitur decretum per gl. in l. iubere cauere ff. de iurisd. om. iudic. quæ vult in causa damni infecti solùm, & non alijs debere interponi. Veritas tamen in contrarium est, vt rectiùs docetur per Bartol. in l. si finita §. Iulianus ff. de dam. infect. quò loci in specie reprobat illam glos. in d. l. iubere cauere Alex. ibid. col. 4. facit tex. in Auth. ei qui iurat C. de bon. Auth. iud. possid. & in d. l. Fulcinius §. 1. & 2. ff. quib. ex caus. in

poss.

poſs. eatur Bart. ibid. Et non dicitur diffinitiua * quando 164.
per decretum aliquem in poſſeſsionem mittendum vel in integrum reſtituendum, vel aliud ſimile declaratur, vnde communis eſt opinio, quod interlocutoria eſſe dicatur per not. Philip. Franc. in c. cùm ceſſante col. antepen. verſ. XV. de apell. gl. in §. ſi quis autem. Auth. de hæred. & falcid. ad hoc confert. text. in l. qualem in fin. ff. de recept. arbitr. & Franc. de Aret. in l. ſi is apud quem ff. de acquir. hæred. Id quoq; de * ſecundo decreto accipi- 165.
endum, videlicet interlocutoriam eſſe Bald. noſter in l. cùm & minores in 2. oppoſit. C. ſi aduerſ. rem iud. & gl. in l. præſenti §. cùm autem C. de his qui ad Eccleſ. confug. Qualiter habeat autem vim diffinitiuæ remitto beneuolum lectorem ad Felin. in c. conſultationib. col. 2. & 3. de offic. iud. deleg. Bart. in l. non videtur ff. de iud. Bald. in l. ſi præſes C. quomod. & quand. iudex. Marant. de ordin iudic. part. 6. prin. in 3. part. §. Expoſita. nu. 29.

ITEM caue, quia ille qui dicit proceſſum in poſſeſſorio nullum, quia lite non conteſtata debet probare, quod cauſa poſſeſſionis excedit legis authoritatem, aliàs præſumeretur * pro 166.
iudicis proceſſu arg. not. in d. clem. diſpendia. in gl. non dicit. in fin. vnde gl. videtur tenere, quod in dubio ſit ordo ſeruandus, ſed ibi loquitur de dubio, quod generat opinio. doct. in iure.

ADDITIO. 146. Vbi legis authoritas defecerit, * nihil- 167.
ominus efficax ratio multum operabitur Martin. Nauar. ab Azpilcueta lib. 3. de Teſtam. conſ. XI. nu. 10. part. 1. Huc confert elegans Zaſij traditio, ad §. in perſonã, nu. 5.

Instit. de act. videlicet prohibitum non esse, si ratio aliqua faceret ad propositum nostrum, quæ contineretur in l. correcta, istam allegare non vetamur. Quò circa traditio doctissimi & laboriosissimi nec non de re iusticiaria
168. optimè meriti Nicolai Vigelij * Triboniani facilè secundi non vspiam nobis erit contemnenda, quæ habetur in sua methodo reg. iur. cap. 1. vers. Nam rationes legum,
169. &c. ibi. Non tamen * est par legum & regularum authoritas, siquidem legum authoritas necessaria est, à qua iudici recedere non licet. Regularum verò authoritas non est necessaria, sed tantum probabilis, à qua iudex causa cognita recedere potest, sed eius contemplatione remittit se idem Vigelius noster ad lib. 4. cap. 5. suarum Institutionum, quò loci post med. inquit. Probationum ac præsumptionum regulas iudex non aspernabitur, licet enim authoritatem necessariam non habeant, iudicis ta-
170. men * arbitrium instruere possunt, eumq; sui admonere officij. Nam quoties nihil sine captione poterit inuesti-
171. gari, eligendum * est quod minimum habeat iniquitatis text. in l. quoties, de reg. iur. Vnde etiam inanes verborum solemnitates, quæ alias erant necessariæ, in petitionibus iudiciarijs sublatæ fuerunt l. 1. & 2. C. de formul. prout igitur iudici visum est, poterit disponere per text. Instit. de success. sublatis quæ fiebant. Ideoq; Bald. nostri
172. sententiæ in hærendo, * dicimus præsumptionem regulariter pro magistratu militare c. sicut nobis, de sent. & re iudic. per text. in l. 2. C. de offic. ciuil. iud.

Item ibi consilium ponit, ergo non præceptum. Ex prædictis soluta est quæstio, an debeat lis contestari in possessorijs iudicijs.

173. Additio. 147. Consilium sequi non * est necessarium, sed voluntarium, vt l. 2. ff. mandati & l. consilij ff. de reg.

de reg. iur. c. olim de arbitr. Federic. de senis cons. siue quæst. 59. Etenim apud se liberum est vnicuiq; explorare an consilium sibi expediat nec ne, eò quod voluntatis dicatur esse consilium, * sed præceptum vocatur necessitatis c. quòd præcipitur 14. quæst. 1. & in dubijs consilium peti debet c. visis 16. quæst. 2. & c. fin. distinct. 10. & qualiter iudicis animus, ex actis cognoscatur. Federic. de senis d. cons. 59. latiùs interpretatur. 174

8. §. ALIVD IAM INCIPIT DVBIVM.

SVMMARIA.

1. PRAETORIS MINISTER, QVIS IN RE PROPRIA *esse potest, hoc tamen sine vi: Sed per vim etiam prætoris authoritate non licebit, maximè si aliàs resistat, vt nu. 2. Bart. defenditur.*

3. *Executor quis in re sua, vbi sententia fuerit lata fieri potest, cum moderamine. Idq; facit tanquam officialis quilibet.*

4. *Authoritate publica priuatus vim armis inferre potest, sed tamen Bartoli opinio retinenda est, vt scandula euitentur, nu. 5.*

6. *Magistratus quod facere potest armata manu, id per partem vtique fieri non debet.*

7. *Seditio intelligitur esse quietis perturbatio & differt à bello, quia hoc ad hostes, seditio pertinet ad ciues.*

8. *Reus quem iudicis familia persequitur si defendat se impunè occidi poterit.*

9. *Executores mandatis generalibus ad faciendam executionē compelli possunt.*

10. *Executoriales item mandata executorialia quando in Camera decerni soleant, remißiuè.*

11. *Mandatis executorialibus inseri solet citatio ad docendum intra certum tempus de paritione.*

12. *Error nominis acquisitionem poßeßionis non impetit, sed corporis error bene impedit.*

13. *Demonstratio falsa adiecta non nocet nec vitiat nisi alium habuisse eandem demonstrationem probetur, vt num. 14.*

15. *Dubia res quomodo dicatur si plures demonstrationes, vtrinq; non conueniunt expressæ.*

Scienti-

16. *Scien vel causam errori dans non excusatur.*
17. *Confines latiores si iudex in sententia exprimat illud non habet vitiare.*
18. *Vis vt fieri dicatur ad hoc animus requiritur.*
19. *Possessionem tradens perdit eam, & illi adquiritur cui procurator intendit acquirere.*
20. *Error iudicem mouens probabiliter quoq; partem mouebit.*
21. *Error iniustus causat bonam fidem.*
22. *Bona fides ex putatiuo titulo præsumitur.*
23. *Succedens in locum alterius is habet iustam ignorantiæ causam.*
24. *Scire vel naturali ratione scire debere paria sunt: idq; in eo quòd pars non fuerit citata exemplificatur.*
25. *Princeps ea quæ iuris naturalis sunt omittere non potest.*
26. *Citatio est de iure diuino, & solennitas substantialis dicitur.*
27. *Citatio in notorijs non desideratur, nec quæuis alia solemnitas obseruatur.*
28. *Ordo peruersus, vt potè ciuilis ratio decretum reddit nullum, & tunc literarum ignari excusantur, vt sunt rustici, minores & mulieres.*
29. *In possessorio ordinario seruandus est iuris ordo.*
30. *Ordo iuris inter matrem & filium seruabitur.*
31. *Ignorantia circa iudiciarij ordinis solennitatem, ob publicam vtilitatem introducta non excusat.*
32. *Restitutio in integrum datur aduersus lapsum temporis, si quis peritiores consulere nequiuit.*
33. *Mulctæ pro iudicis arbitrio in omni contemptu exigi possunt.*
34. *Iudicis monitioni resistentes, aut qui non sunt parituri multari possunt.*
35. *Executor si ex impedimento, non potuerit mitti, nihilominus possessionem perinde habet ac si fuisset missus qui iudicis authoritate mitti debeat.*
36. *Compensatio doli cum dolo, item iniuriæ cum iniuria in criminalibus non obtinet.*
37. *Compensatio doli & violentiæ secundi occupatoris, cum dolo & violentia primi admittitur, præcipuè vbi secundum delictum non obsorbeat primum.*
38. *Pœna circa rem non versatur sed extra, ideoq; pœnæ non fiet recompensatio.*
39. *Turbationis nomine criminaliter agi potest.*
40. *Criminales causæ ab Imperiali Camera non recipiuntur, nisi ratione nullitatis processus & fractæ pacis, cuius nomine tam priuatæ quam illustres personæ in Cameram, si casus contingat, vocari solent, num. 41.*
42. *Incontinenti aliquid faciens non dicitur deliquisse.*
43. *Incontinenti fieri dicitur ad defensionem, quando rebus vis infertur, si quis resistat tempore, quo eius notitiam habere cœpit & auxilio amicorum resistere potuerit.*

Turba-

44. *Turbatio si fuerit continua semper turbator poterit molestari.*
45. *Magistratus & domini terrarum non facilè timent expelli, vnde ex longo temporis interuallo turbatorem eijcere possunt, vt num. 46.*
47. *Interdictio per exceptionem elidi potest.*
48. *Statutum simpliciter loquens, tunc ex lata culpa turbator puniri potest.*
49. *De mandato iudicis iniusto soluens non liberatur.*

ALiud iam incipit dubium, & primò nunquid iudex causa cognita possit mihi concedere licentiam, quòd eijciam expulsorem meum, dicunt quidam quod sic, quia * in re pro- 1.
pria possum esse Prætoris minister, vt l. is cui §. missus ff. vt in possess. legat. in prima lect. & hoc verum sine vi, sed per vim non possum etiam iudicis permissu l. non est singulis, de reg. iur. secund. Bart. qui ita not. in l. iustè, ff. de acquir. poss. sed malè & insipidè loquitur.

ADDITIO. 148. Iudex non potest præcipere, vt pars tradat & ingrediatur per vim * si resistat alius existens, se- 2.
cus si simpliciter committatur. Istam quæstionem tangit Iacob. de Aren. in l. 1. §. nunciatio ff. de oper. no. nun. cita testatur Bart. in d. l. iustè nu. 3. de acq. poss. Et licet Bald. in hac sua disputatione, eundem Bart. malè & insipidè loqui existimet. Non tamen desunt qui ipsius Bartoli doctrinam fuère amplexi, prout Alex. in addit. d. l. iustè ver. alius existens, ibid. refert. cum Bartolo transire Angel. Imol. Raph. Cuman. Castrens. Iason & alij communiter. Idem etiam docuit Bart. in repet. leg. creditores C. de pignor. in 4. quæst. princ. & in d. leg. si finita §. Iulianus de dam. infect. Cyn. in suprà d. l. iubere cauere ff. de iurisd. om. iudic. Alex. in d. leg. iustè multis hanc quæstionem

discutit, dummodo executio fiat sine armis aut resistentia, aliàs secus. Felin. autem in c. de cætero, extrà de re iudicata & in c. cum causa, deleg. refert Baldum nostrum in hac eadem disputat. dicentem quòd Bart. malè & insipidè loquutus sit.

NAM merus executor lata sententia etiam
3. in re mea fieri possum, * & iudex & lex armat me, nō ego, vnde possim vim inferre, cum moderamine tamen, quia hoc facio non tanquā aduersarius, sed tanquàm quilibet officialis Prætoris arg. l. diuus, ff. de ser. fugit. & vid. Cyn. leg. sed si in causam C. si in caus. iudicati, & Innoc. c. cùm in nostris, de conces. præb. & Accur. l. si quis in tantam & l. meminerint C. vnde vi. Nec obstat l. non est singulis, de reg. iur. quia priuata authoritate nō potest, sed publica quis potest vim inferre l. 2. in fin. & leg. vlt. §. fin. ff. quod met. caus. & adde l. fundi §. 1. vbi Bart. de acq. poss. & l. qui absenti §. si quis ff. eod.

ADDITIO. 149. Intentio Baldi eò respicit quod al- leg. l. non est singulis: hanc ob rem non officiat, cùm eius dispositio prohibeat, si quis authoritate propria fece-
4. rit, secus si * publica, per quam etiam priuatus potest inferre, sic etiam tenet post Bald. Innoc. ibid. citatus, quòd sit licitū authoritate iudicis defendere & mouere arma etiam cum violentia pro accipienda re sua Hier. Cagnola sic refert in d. l. non est singulis num. 5. adijciens tamen Alex. Ias. & alios monere à Bartoli opinione recedendum

non

non esse, *quia communis & tanquam æquior & scanda- 5.
dali euitatiua. Et de veritate huius quæstionis, vid. Seyfsellum in d. l. iustè num. 13. Vbi disputat aduersus Baldum contrariũ tenentẽ, in l. missi opinarores C. de exact. tut. lib. 10. ita signat Simon Schardius quondam Imp. Cameræ adsessor ad Bart. in d. l. iustè verb. alius existens. post Alex. ibidem, Respondent quoq; Aretin. & Aquen. ad d. l. 3. ff. de ser. fugit. in d. l. iustè, hoc ibi permitti propter frequentiam, vtq; serui à fuga deterreantur, & similiter homines ab ocultatione seruorum fugitiuorum, vt dicit ibid. Aquen. Felinum videlicet nihil quod stringat contra communem citare. Quòd igitur fieri * potest per 6.
magistratum, forti armataq; manu ac cum violentia etiam contra resistentem executioni iustitiæ: fieri non debet, nec potest per partem, etiam de licentia ac commissione iudicis, ne oriantur scandala, vel præstetur occasio faciendi tumultus, text. est clarus in d. l. non est singulis quem adhoc Cagnol. omnino ponderat, videlicet tumultus & seditionis occasionem remoueri debere per l. pen. ff. de sicarijs & §. 1. Auth. de mand. princip. Estq; crimen læsæ Maiest. l. 1. ad. fin. ff. ad leg. Iul. Maiest. Decius, in d. l. non est singulis num. 3. Est enim seditio quietis perturbatio l. 1. & 2. C. de seditios. differtq; à Bello, quia hoc pertinet ad hostes. Seditio * ad ciues secund. Gregorium. 7.
Valde quoque pro Bart. doctrina stringit, quòd in iudice aut familia officialis nõ censeatur vis nec violentia, ideo non est licita defensio, vnde si reus quem iudicis * fami- 8.
lia persequitur se defendat & occidatur impunè, id fieret l. 3. vbi tex. norab. C. de his qui ad Eccles. confug. Felin. & alij in d. c. de cætero, extrà de re iud. Huc etiam conducit Thom. Gram. decis. 18. nu. 17. Quòd quis se periculo committere non debeat Innoc. & ibid. Bald. in c. 1. Quod met. caus. Porrò cùm executionis munus publicam sit & necessarium. Inde fit quòd executores * mandatis pœna- 9.

libus ad faciendam executionem compelli possint leg. munerum §. iudicandi & tot. titul. ff. de muner. & honorib. & l. pen. §. qui autem ff. de vacat. & excusat. muner. Felin in c. si pro debilitate num. 9. ff. de offic. de leg.
10. Quando * autem in Camera Imperiali executoriales, item mandata executiua decerni soleant, præcipuè signauit Minsing. obser. 24. cent. 6. Quoties enim executio alicuius sententiæ, immediatè ad Camerã pertinet, vt quia iudex Cameralis sententiam, prioris instantiæ confirmauerit, tunc executoriales decerni solent, quia eo casu tam causæ principalis, quàm expensarum omnium instantiarum cognitio ad confirmantem pertinet, per eleg. tex. in l. præcipimus §. in his C. de appellat. & habetur expressim in ordin. Cameræ part. 3. tit. 50. §. quinto incip. **Wo aber/ rc.** Et ita ipsius Minsingeri tempore practicatum fuit in causa Agnetis **im Hoff** contra **Reichard Herman.** Sin autem ad inferiorem iudicem executio spectet, quæ ex aliqua causa ad Cameram non sit deuoluta, tunc si iudex inferior deneget, vel protrahat sententiæ executionem, eo casu victor mandatũ executoriale in Camera contra inferiorem iudicem poterit obtinere, vt sub pœna pecuniaria sententiam suam executioni mandet Gail. obser. 113. nu. 15. lib. 1. Vbi nu. 5. & XI. notat. Quæ exceptiones impediant executionem, & quæ minus officiant. Idem Gail. in
11. cap. 17. num. 26. de pac. publ. lib. 2. enarrat * huiusmodi mandatis executorialib. inseri solere citationem ad docendũ intra certum terminum de paritione, vel allegandum causas, quare parere non teneatur text. in c. veniens §. fin. de accusat. ibi, citationem & purgationem gl. singul. in c. vnic. de sagittarijs in verb. sub anathemate Bart. in l. vnic. nu. 13. ff. si quis ius dicent. non obtemper. vnde Gail. d. loco nu. 27. recitat quatuor potissimum causas exsationũ, quæ habentur in ordin. Cameræ tit. 49. §. **Ferner** & §. **Nemblich in disem/ rc.** Vtrobiq; liquet videre.

Dato

DAto enim alio nuncio, ad exequendum caueat, quis ne ingrediatur donec mittatur. Secundò quęritur, quid si nuncius errauit in corpore fundi, & tum deberet me mittere in tenutam prædij Titiani, misit me in possessionem Seiani, an teneor de turba, dicit Bart. quod non in d. l. fundi, de acq. poss. arg. l. generaliter ff. de nox alib. sed malè dicit.

ADDITIO. 150. Sanè Bald. vt fatear verum (salua tamen ipsius reuerentia) censetur Bartolo iniuriarum facere, eò quòd in d. l. fundi, istius doctrinæ haud verbo quidem sit recordatus, sed tex. in l. si me in vacuam ff. illo tit. de acq. poss. huiusmodi materiam discutit, quò loci Bart. in prin. docet errorem * nominis non impedire acquisi- 12.
tionem possessionis, sed errorem corporis bene impedire de qua re plenè respondit Alex. cons. 73. vol. 3. incip. videtur prima consideratione, vbi nu. 6. vers. & primò quia &c. Baldum in hac sua disputatione formalibus verbis allegat, ibidem quoque Bartolo insonti pepercit. Nisi aliqua demonstratio * fuisset adiecta quæ falsa reperiatur, 13.
hoc non noceret. Quicquid enim vltra illas demonstrationes necessarias adiectum est, frustra fit & non vitiat l. r. 1. ff. de dot. præleg. & ibi Bart. & hoc dicit tenere glos. in l. si quis in fundi vocabulo ff. de legat. 1. Ideoq; volens dispositionem respectu talis demonstrationis infringere, necessum erit probare, quòd de alio fuit sensum, vel quòd alius * eandem habeat demonstrationem, & sic res pona- 14.
tur in obscuro secundum formam l. duo sunt Titij ff. de testam. tut. Bart. in l. demonstratio falsa ff. de condit. & demonstr. in 7. quæst. quæ doctrina, vt plurimum obtinet; si tres demonstrationes forent expressæ, & duæ conue-

uenirent, tertia verò minus, vbi autē quatuor vel plures
15. exprimerentur, & duæ conuenirent, sed duæ non * seu plures tunc res dubia efficeretur, prævalerent potius illæ quàm istæ. Nam vna præsumptio elidit aliam l. cùm de indebito in prin. ff. de probat, plenè not. c. in nostra extrà de testam. Alex. d. cons. 73. nu. 7. vers. Plus dicit Paulus de castro. vol. 3.

16. QVia debet distingui, aut * ego scio vel caussam dedi errori; & non excusor d. l. meminerint, imo punior, vt not. in l. extat. in gl. quæ incip. sed nunquid cùm Seius non fuerit citatus, & arg. l. miles §. pen. ff. de adult. & l. metum §. sed licet ver. nisi & l. si quis alius ff. quod met. caus. in verb. sine malitia à contrario sensu.

ADDITIO. 151. In iudicijs non vitiat error si de corpore constet Bart. in d. l. demonstratio falsa, de condit. & demonstrat. & Bald. in l. executorem C. de execut. rei iud. ver. modo ego quæro de vno, quod est in consuetudine,
17. &c. Quòd si iudex * per errorem exprimat in sententia latiores confines illud non habet vitiare arg. l. patronus §. 1. & 2. ff. de leg. 3.

AVT ignoro, & tunc excusor, quia non di-
18. citur, vim facere * quis, nisi faciat ex animo, vt l. si duo, vbi gl. not. ff. vti possid. & arg. no. l. in rem §. tignum, per glos. ibid. not. in fin. ff. de rei vend.

ADDITIO. 152. Bart. in d. l. si me in vacuam ver. sed eadem. de acq. poss. tradit eandem esse rationem erroris in re;

in re, quæ est in errore personæ, quia adest animus perdendi rem. Huc confert quod Afflictus decis. 301. nu. 4. vers. Nec obstat dispositio, &c. scripsit ibi. Quamuis tradens non * intendat acquirere illi, nihilominus tradens perdit possessionem, & acquiritur illi, cui procurator intendit acquirere ita dicunt Dd. post, gl. in l. 1. §. si per procuratorem ff. de acq. poss. 19.

Tertiò quæritur, tota die fiunt statuta contra ingredientes, & turbantes possessiones alienas. Quid si intrat decreto iudicis, licèt inualido, an excusetur à pœna, communiter dicunt aduocati quod sic. Nam error qui mouet iudicem * potest probabiliter mouere partem arg. 20. l. in literarum ff. de bon. poss. & maximè si ei ius ignorare liceat, vt ibi patet. Item aduocati hoc dicunt per l. 1. in fin. ff. de ambit. Sed Bart. dicit hîc puniendum ex lata culpa, cùm statutum simpliciter loquatur, nec requirit dolum & pœna non sit atrox. sed pecunaria secund. Bart in d. l. iustè possidet. Adhoc fac. not. Cyn. l. maior C. vnde vi: hanc distinctionem reprobat Imol. not. in l. iustè possid. de adq; possess.

ADDITIO. 153. Credulitas ex iniusta ratione causata excusat occupatorem, cùm etiam * iniustus error causet bonam fidem l. igitur §. potest. ff. de liber. caus. Bart. ibid. in l. celsus num. 17. de vsucap. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 5. in prin. Socin. iun. cons. 77. vol. 1. incip. licet in præsenti, vbi num. 156. respondit * bonam fidem 21. 22.

fidem ex titulo putatiuo præsumi adhoc fac. tex. in c. auditis & in c. olim de præscript. per text. in l. penult. vbi gl. C. de euict. Ioan Franc. Balb. in d. l. celsus nu. 30. vers. secunda conclusio. Potest quoque in eo exemplum esse,
23. qui in alterius locum * succedit, is habet iustam ignorantiæ causam, leg. qui in alterius ff. de reg. iur. Bald. in cons. 217. incip. verba libelli, nu. 7. vers. Nam siquidem vol. 2. Potuit etiam contingere quod fide dignis crediderit. Is siquidem non est accusandus vt est notab. gl. in l. Titius fundus ff. de condit. & demonstrat. quam omnes Dd. ad astra solent extollere Bart. hac de re in d. l. cęlsus num. 4. ff. de vsucap. videndus erit.

24. TV dic aut pars scit,* vel naturali ratione scire debet, decretum inualidum, vt quia parte non citata tunc non excusatur, vt d. l. meminerint C. vnde vi, & d. leg. fin. C. si per vim vel alio modo.

25. ADDITIO. 154. Et licèt Princeps * aliquas iuris solemnitates prætermittere queat, attamen ea quæ iuris naturalis sunt, vt potè citationem omittere non valebit, ita omnes Dd. in l. vt vim & ibi Claud. Seysell. col. 1. ff. de iustit. & iure, Socin. sen. cons. 66. col. 16. vers. sextus & vl-
26. timus casus vol. 2. Estq; de * iure diuino Genes. cap. 3. & in clem. pastoralis §. cæterùm de re iudic. vbi patet iuris esse naturalis. Petr. Duen. in fallent. regul. 92. Gail. cap. 5. nu. 5. de pac. publ. lib. 1. Isthæc etiam solemnitas citationis adeo substantialis iudicatur, vt si absq; ea sententia in fauorem absentis non citati pronunciaretur, esset ipso iure nulla, ita docuit Barr. in extrauag. ad reprimend. in verb. figura, circa fin. & in l. ea quidem Bald. ibid. col. 2. sub finem C. quomod. & quand. iudex, & in l. si furioso vbi Alex. & Iason dicunt esse communem ff. de re iudic.

Atta-

Attamen citatio nõ foret neceſſaria in miſſione inpoſſeſſionem circa remedium l. fin. C. de edict. Di. Adria. toll. Calcan. conſ. 18. nu. 15. & alia iura per Menoch. de adidiſcen. poſs. remed. 4. nu. 453. Item in notorijs * citatio 27.
minimè deſideratur. c. cùm olim, de re iudic. per tex. gl. & Bart. in l. 2. §. quod de frumentaria ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pert. Sic etiam nec ordo aut quæuis alia ſolemnitas in notorijs obſeruari conſueuit Bald. in l. presbyteri col. pen. C. de Epiſcop. & cler. c. quæ Lotharius 2. quæſt. 1. Huius rei aliquot limitationes adduci poſſent. Verùm mei cùm ſit inſtituti hanc diſputationem Baldi ex noſtro iuris Theſauro, paucis illuſtrare potius, quàm multas cõgerere fallentias. Ideo beneuolus quiſpiam lector (quem ad reg. iur. Petri Duennas ac aliorum fallentias cupio remiſſum) prolixiores quaſq; digreſſiones in præſentiarum minus deſiderabit.

AVT ciuilis ratio tantum reddit decretum nullum, * vt putà ordo peruerſus, & tunc ho- 28.
mines rudes & ignari literarum, excuſantur, & maximè ruſtici, minores & mulieres, vt l. 1. de iur. & fact. ignor. & arg. l. fin. in ratione ſui C. de teſtam. & l. 1. in fin. & l. vbi §. fin. in glo. ff. de edend. de hac quæſt. vid. Imol. in d. l. iuſtè poſſidet ff. de acq. poſſeſ.

Additio. 155. Iſta præcipuè locum habent, in quocunq; iudicio, ſiue petitorio ſiue poſſeſſorio, quia in poſſeſſorijs (vt potè ordinarijs) ſeruandus * quoq; eſt iuris or- 29.
do, vt voluit Bart. in d. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſ. ſequitur Abb. in c. conſultationibus col. 2. verſ. ideo extra gloſ. & ibi Felin. col. vlt. ad fin. extrà de

offic. de leg. & hoc inter quascunq; personas, etiamsi age-
30. retur inter matrem & filium * quia tunc iuris etiam seruabitur ordo Bald. in l. congruentius C. de patr. potest. vnde si intra legit. tempus instrumenta aliasuè probationes in iudicio per iuris ignorantiam non exhibuerint, sibi
31. præiudicabunt. Cùm ignorantia * eiusmodi, circa iudiciarij ordinis solemnitatem ob publicam vtilitatem versetur, iuxta Bald. in l. iuris ignorantia, vbi Ias. latè C. qui admitt. ad bon. possess. not. Bart. in l. 1. §. nunciatio pro-
32. pe fin. ff. de oper. noui nunciat. Sed tamen * in integrum restitutionē, sicubi peritiores consulere nequiuissent aduersus lapsum temporis impetrare possent. Salic & Ias. in d. l. iuris ignorantia, gl. ibid. Minsing. obser. 47. num. 4. centuria 6.

QVartò queritur, quid ècontra statuto cauetur quicunq; vim fecerit misso à iudice puniatur in centum, modo quidam est missus ob falsum debitum, aliquis facit ei vim, an puniatur? & videtur quod non, quia non habetur pro misso, cùm decretum non valeat, l. si cum nulla ff. de re iud. & l. 1. §. hæc verba ff. ne vis fiat ei. Item ex dolo actoris non debet respublica locupletari arg. l. apud Celsum §. proinde, ff. de except doli & l. fin. ff. de eo per quem fact. erit in prin. Oldrad. dicit contra, propter iniuriam factam Prætori, in qua non consideratur fauor actoris, sed contemptus Prætoris, arg. l. si familia ff. de iurisd. om. iudic. & l. sed eximendi §. fin. ff. ne quis eum.

ADDI-

Additio. 156. In omni * contemptu iudicis arbitrio mulctæ exigi possunt Bart. in leg. vnic. §. is videtur, num. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp. docuit contemptum quemlibet à magistratu mulctari posse, adeo vt non subiecti & extranei iurisdictionem impedientes veniant puniendi. Alex. ibid. num. 6. Bart. doctrinam latè confirmat, vbi castren. idem tenet. Quòd nimirum * resistentes vel de quibus timetur, ne iudicis monitioni sint parituri, queant mulctari Wesenb. cons. 43. num. 97. & 98. part. 1. De duplici contemptu qualiter negatiuè & positiuè dicatur fieri, videre liquet apud diligentiss. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. casu. 416. num. 27. & seqq. 33. 34.

SOL. si ritè fuit missus licèt non rectè habet locum pœna statuti, secus si non ritè l. 1. in fin. ff. ne quis eum. Statutum enim debet intelligi, de missione quæ habet esse, vel saltem figuram esse, arg. l. si quis legatum ff. de falsis.

Additio. 157. Idem est quod tenuit Afflict. decis. 302. in prin. scribens * si executor accesserit ad locum, sed ex impedimento non potuit immitti. Nihilominus possessionẽ perinde habet, ac si fuisset immissus, qui iudicis authoritate immitti debuit, per tex. in l. cùm vnus §. fi. ff. de bon. author. iud. possid. Idem Bald. noster in l. postquam C. vt in posses. legat. & in leg. ob maritorum C. ne vxor pro marito. 35.

QVintò quæritur, si statutum punit turbatorem, vtrum puniatur qui turbat eum, qui sibi vim intulerat, & videtur quod non l. 1. in

 fin.

fin. cum ſua gloſ. ff. vti poſſid. l. ſed & partus §. quæri ff. quod met. cauſ. Nam quod fecit inuaſor hoc patitur & facit l. 2. §. idem ff. ne quid in loco publ. In contrarium videtur, quia in
36. criminalibus * non admittitur compenſatio doli cum dolo, nec iniuriarum cum iniuria, vt plenè not. l. cùm mulier ff. ſolut. matrim. quod verius credo.

37. ADDITIO. 158. Reperitur equidem * iniure noſtrò dolum & violentiam ſecundi occupatoris, cum dolo & violentia primi debere compenſari iuxta doctrinam l. viro atq; vxore ff. ſolut. matri. & in c. quia plerumq; de donat. int. vir. & vxor. Quæ tamen doctrina locum ſibi vendicat, quando ſecundum delictum non abſorbet primũ iuxta Bart. in l. ſi quis ad ſe fundum nu. 3. C. ad leg. Iul.
38. de vi. Et hoc eſt quò ad rei reſtitutionem non verò * quò ad pœnam, quæ non verſatur circa rem ſed extra. Alex. in d. l. viro atq; vxore nu. 7. circa fin. Solut. matrim. Nec à
39. iure videtur * alienum, quin & criminalitèr turbationis nomine rectè agatur Bart. in l. iniuriarum §. ſi quis ff. de iniur. & in l. fin. ff. de priuat. delictis. Scholares Colonien. in ſuprà citata diſputat. de retinend. poſſ. Theſi 25. idem poſuerunt. Quamuis Alex. in d. l. iniuriarũ contradicere videatur, per Weſenbec, ad tit. vti poſſidetis. num. 6. Sed
40. hæc vltimo loco dicta, practicæ * Camerali magis conueniunt, ea namq; criminales cauſas minimè conſueuit recipere, niſi ratione nullitatis proceſſus, Gail. obſer. 1. nu. 27. & ſeq. lib. 1. per ibid. ex. conſtitut. Imp. & iuris communis diſpoſitione allegata Minſing. de hoc obſer. 42. cent. 4. aliquot præiudicia ex nullitate proceſſus deſcendentia ſubſignauit. Item fractæ pacis crimen, quod atrociſſi-

cissimum dicitur Gail. cap. 14. nu. 9. de pace publ. lib. 1. in Camera acceptatur, quod non solùm in personis * illu- 41. stribus, sed etiam priuatis locum obtinet. Idem Gail. cap. 1. nu. 10. eod. lib. 1. de pace publ.

NISI incontinenti fecerit,* quia tunc non 42. deliquit vt not. in d. l. sed & partus §. quæri ff. quod metus causa.

ADDITIO. 159. Incontinenti sic debet accipi, vt dicit gl. in c. significasti el. 2. in verb. tutelæ de homicid. & gl. in l. 1. C. vnd. vi. Nimirum incontinenti fieri defensionem quando * rebus vis infertur, si eo tempore quis 43. resistat, quo eius notitiam habere cœpit & auxilio amicorum resistere potuerit, quod sequitur Panorm. in d. c. significasti nu. 10. dicens licitum esse resistere adiuuantibus amicis, ad recuperationem rei inuasæ, dummodo hoc fiat antequam ad alia diuertatur, Gail. cap. 16. nu. 13. lib. 1. de pace publ. Wesenb. quoq; eleganter ad d. tit. ff. vti possidet. num. 6. tradit si turbatio * sit continua semper po- 44. terit turbari ac ei de facto resisti Bart. post glo. in l. 1. §. interdictum nu. 3. ff. illo tit. vti poss. Bald. noster in l. 1. nu. 26. & 31. C. vnd. vi. Panor. in c. olim el. 1. nu. 4. & 10. de restit. spoliat. fac. c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. Quod maximè * procedit in magistratibus & dominis terrarum, 45. qui non facilè timent expelli, ideo nec possessionem iurisdictionis aut territorij ab alio occupatam facilè amittere aut abdicare intelliguntur. Vnde ex longo * etiam 46. temporis interuallo, turbatorem turbare ac eijcere possunt Bald. in l. fin. nu. 1. C. de his qui à non domin. manumit. in l. 1. §. cùm igitur ff. vnde vi: multa allegata per ante relatam disputat. Colonien. de retinend. poss. Thes. 25. ex Menoch. remed. 3. nu. 29. in hanc sententiam pulchrè & doctè visuntur adposita, & infrà in §. 10. nu. 50. & seqq. addit. 203. plura quæq; referuntur.

SExtò quæritur, quid si quis turbat aliquem authoritate iudicis incompetentis, vtrum excusetur, à pœna statuti, & dic quod nō, si prorsus est incōpetens arg. l. si pater ff. ne de stat. de-
47. funct. Secus si habet * interdictionem licet possit per exceptionem elidi, vt not. in d. l. extat, ff. quod met. caus. per Guil. de cun.

ADDITIO. 160. Bart. in sæpè d. l. iustè possidet ff. de adquir. possess. tradit quando statutum simpliciter loqui-
48. tur * putat turbatorem ex lata culpa puniendum esse arg. §. 1. Instit. de vi bon. rapt. & l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. & l. 1. §. 2. ff. si quis test. liber esse iuss. fuerit, Bart. ibid. Latiùs declarat. Eò spectat Addit. Pomat. ad Bart. in d. l.
49. iustè verb. simpliciter, quòd soluens * de mandato iudicis iniusto non liberetur Alex. cons. 15. vol. 2. not. Panorm. in c. cùm nostris de concess. præbend.

9. §. AD PRINCIPALE ERGO PROPOSITVM.

SVMMARIA.

1. PROBATIONES SECVNDVM ACTVS NATVRAM *fieri debent.*
2. *Probare oportet non solùm, quòd aliquis rem possederit, sed etiam quod sciret se illam poßidere tempore negationis.*
3. *Iustitia semper iudicantium oculis tanquam lux humanæ mortis adesse debet.*
4. *Iustitia est virtus perfectißima quæ iura omnibus distribuit.*
5. *Iustitia in distributione præmiorum & erogatione pœnarum consistit, ideoque distributiua appellatur.*
6. *Rigorem iuris aliquando emollire debemus.*
7. *Munerum acceptio præuaricatio veritatis est.*

Iustitia

8. *Iustitia cito violatur auro, nullamq; reus pertimescit culpam, quam nummis redimere existimat.*

9. *Non possidens iustificari in possessione minus potest.*

10. *Possessionis substantia vtrum in facto, vel in iure consistat magnus interpretum est conflictus.*

11. *Possessio plus facti in acquirendo habet quam iuris, & ita vbiq; locorum in practica obseruatur.*

12. *Lex (secundum plerosq;) spiritum quendam influit in possessionem sicut Deus influxit animam in Adam & sic causa adimplens formam est fortior quàm materia & hoc declaratur, num. 13.*

14. *Res facti propter formam additam non desinit esse facti, quia res facti iure ciuili infirmari non potest.*

15. *Lex non potest efficere, quòd ipsa possessio desinat esse possessio, & declaratur tex. in l. nec mulierem ff. de donat. int. vir. & vxor.*

16. *Vsufructuarius & colonus non possident.*

17. *In possessione esse aliud est, & possidere aliud.*

18. *Colonus est in possessione, attamen non sibi sed domino possidet.*

19. *Creditor non est pignorum possessor, tametsi habeat possessionem aut sibi traditam aut debitori precariò datam.*

20. *Creditor vtens pignore furti tenetur.*

21. *Creditor ad persequendum pignus sibi obligatum actionem habet quasi seruianam siue hypothecariam.*

22. *In possessionem missus ex primo decreto, vel ventris nomine aut damni infecti, non rerum possessionem, sed custodiam accipit.*

23. *Interdictum vti possidetis non omnibus ijs qui in possessione sunt, competit.*

24. *Qualitas esse non potest nisi in subiecto.*

25. *Duo an rem eandem possidere insolidum queant?*

26. *Titius quicquid possidet, id Caius possidere nequit.*

27. *Possessiones ad diuersum finem tendentes, & sic specie differentes plures obtinere possunt.*

28. *Animo vel corpore in eodem loco, duo simul stare vel sedere non possunt. fallit si res ad diuersum finem tendat, vt num. 29.*

30. *Lex fingit vnum quemq; possidere sui finis respectu. Item feudum constitui non potest super annuis redditibus, perpetuò minimè duraturis, vbi etiam subditur, etsi Deus Imperatori leges subijcerit non tamen ei conuentiones & contractus suppofuit.*

31. *Reo non prodest iusta actoris possessio, nisi ab ipso reo detineat.*

Possessio

32. Possessio quàm quis ab aduersario suo habet, dicitur clandestina immediatè.

33. Posidens iniustè à tertio quodam, illa possessio reputatur iusta, quò ad suum aduersarium.

34. In Vti posidetis interdicto ille qui probat se litis contest. tempore posidere, Vi icit.

35. Pignorationis processus aliquot habet qualitates quae ante lit. contest. ostendi debent.

36. Turbatio omnis non est pignoratio, sed magis omnis pignoratio dicitur esse turbatio.

37. Pignorationis quinq; sunt requisita & pignorationis constitutio in retinendae interdicto circa punctum citationis plenißimè disputatur.

38. Res tertia & sic innocens si propter aliam rem capiatur, propriè turbatio eiusmodi appellatur pignoratio.

39. Odio alterius nemo praegrauari debet.

40. Pignoratio ex causa ciuili dicitur fieri.

41. Crimina impunita ne maneant reipub. interest.

42. Delictum dat iurisdictionem ei qui aliàs non habet.

43. Pignorationis processus est bipartitus Mandati scilicet & citationis.

44. Pignorationis processus non supponit momentaneum, sed ordinarium possessionis interdictum, & sententia victo plenum adfert praeiudicium.

45. Possessorio retinendae agens demonstrare tenetur se eo tempore, quo lis contestaretur, rem cuius contemplatione quis se turbatum conqueritur possederit, nec refert si tempore latae sententiae non posideat, vt num. 46.

47. Ciuilis possessio solo consistit animo, & quòd praescriptio per pignorationem interrumpatur de iure Saxonico Electorali procedit.

48. Comminatorio praecepto, non exigitur poena nisi quis vtens ostendatur esse contumax.

49. Contumax ne quis iudicetur bonum est absentiam eius probare.

50. Contumaciae poenam nemo facilè incurret si aliquam coloratam vel etiam iniustam alleget causam.

51. Contumax vt quis dicatur esse, adhoc sententia declaratoria requiritur.

52. Probatio semiplena vel per famam aut vnum sufficit testem in summario possessorio.

53. Probatio minor tantò admittitur, quantò de minori agitur praeiudicio.

54. Probatio sufficit praesumptiua in summario possessorio.

55. Probatio in summarijs postquam in causa conclusum est, fieri potest.

56. Turbationis modū actor speciatim probare debet non autem in genere, aliàs impoßibile foret eum obtinere, vt nu. 57.

Testibus

58. *Testibus vniuersaliter deponentibus magis creditur, quàm indefinitè loquentibus.*

59. *Testibus in specie dicentibus maior adhibetur fides quàm generaliter fabulantibus.*

60. *Testes in summario examinati iudicio iterum in ordinario possunt repeti, & ratio est quòd agendi modus variatur, vt num. 61.*

62. *Reus si affirmat se poßidere, iam de alterutrius turbatione satiùs patet.*

63. *Turbatio per quemuis molestationis actum fieri dicitur.*

64. *Colonum expellens interdicto vti poßidetis conuenitur.*

65. *Turbato plura competunt remedia contra turbatorem in tantum, vt quis confessoria vel negatoria agere poßit, vt num. 66,*

67. *Ad probandam turbationem sufficit iudicialis contradictio, in retinendæ interdicto, secus tamen si reus simpliciter neget, & num. 68.*

69. *Fructus vel reditus percipere ac ire ad rem inducunt actus possessorios.*

70. *Parte qui vtitur retinet posseßionem totius, quia scit ius suum simul durare. Idq; in iurisdictionis exercitio procedit, num. 71.*

72. *Posseßio per solutionem collectarum ostenditur.*

73. *Posseßio ex descriptione in libro æstimi probatur, maximè si factum sit antiquum, num. 74.*

75. *Ex multiplicatione actuum conualidatur posseßio.*

76. *Multiplicatio actuum de eadem posseßionis specie non autem de æquiuocis existimanda.*

77. *De animo poßidendi imprimis constare debebit sine quo posseßio non acquiritur.*

78. *Animus in dubio non præsumitur nisi probetur.*

79. *Actus æquiuoci animo poßidendi & non poßidendi possunt intelligi.*

80. *AEquiuoca probatio & generalis non releuat probantem super certa specie sub genere probato contenta.*

81. *AEquiuocationis ratione in ardua lite non leuis extitit conflictus.*

82. *Delinquentes ex causa priuilegij in alio territorio prehendi possunt.*

83. *Per æquiuocos actus non adquiritur quasi posseßio iurisdictionis.*

84. *Iurisdictionem si quis exerceat in loco, vbi dicit se quasi posseßionem acquisiuiße, tunc dicitur iurisdictio exerceri, in aliquo territorio respectu loci.*

85. *Exercitium in vna iurisdictionis specie non potest extendi ad aliud.*

86. *Præscriptum est tantum, quantum possessum.*

87. *Duobus actibus posseßio induci potest & non infinitis.*

88. *Per actum vnicum quasi iurisdictionis posseßio adquiritur.*

89. Vnius actus possessio ius vniuersale producit, si nullus sit in possessione aliarum specierum iurisdictionis.
90. Qui detinet possidere præsumitur,
91. Detentio interdum pro possessione accipitur.
92. Rem tenere dicuntur qui in aliena potestate sunt.
93. Remedium possessionis recuperandæ ei datur qui solùm detinet, itaq; possidere præsumitur.
94. Detentio vel subsessio aut incubatio iuxta frequentem stylum iudicialem pro male accipiuntur.
95. Detentio ex varijs causis possessio dicitur imperfecta, vt potè quando res non potest possideri.
96. Detentio dicitur quando persona ad possidendum caret habilitate.
97. Detentio tam de iure gentium quàm ciuili contingere potest, sed specie differt à perfecta possessione, & in substantia, vt num. 98.
99. Detentio in vti possidetis interdicto non obtinet.
100. Creditor in possessionem rei seruandæ causa missus interdicto retinendæ vti non potest.
101. Detentio intelligitur possessio demonstrata esse, vbi aliud non probetur.
102. Possessio iniusta non præsumitur nisi vitium probetur.
103. Dominij vel seruitutis iure qui vtitur, non dicitur precariò vel iure familiaritatis tenere.
104. Possidere quilibet ex potentiori causa præsumitur.
105. Possessionis mentio si fiat simpliciter tunc de naturali & ciuili intelligitur.
106. Actum quilibet nomine proprio gerere magis præsumitur quàm alieno.
107. Excipiens de vitijs probare ea tenetur.
108. Possidere vi, clam, aut precariò est materia practicabilis, aurea & subtilis.
109. Possidens, vi, clam, vel precariò ab aduersa parte non potest vti possidetis interdicto experiri. Sin verò à tertio possideat secus existimandum.
110. Vi quem possidere facilis est probationis.
111. Clam aliquem possidere difficile probatu est.
112. Antiquior possessor eo ipso probat aduersarium clam possidere.
113. Precariò aliquem possidere, per instrumentum concessionis precarij, vel per testes probatur.
114. Precariò possidens naturalem habet possessionem.
115. per Precarium possessio ostenditur & dominium.
116. Libertatis fauore & odio seruitutis, animo seruitutis remittendæ aliquid concessum demonstratur.

Remißio

117. *Remißio intelligitur donationis loco.*

118. *Precariò concedens non ideo poßidet.*

119. *Intellectus l. & habet §. eum qui ff. de precario recta ratione ex Ioan. Borcholt ostenditur.*

120. *Poßidere non clam, non vi, non precariò perinde est ac si quis bona fide poßideat.*

121. *Bona fides sine adminiculis præsumitur.*

122. *Bonæ fidei possessor vnus quisq; præsumitur donec contrarium probetur. Idq; iuri Saxonico est consonum.*

123. *Bonitatis est iuris præsumptio, quæ naturæ opitulatur, quilibet enim bonus præsumitur, num. 124.*

125. *Virtutes homini Christiano inesse præsumuntur.*

126. *Verum semel quod est semper ita præsumitur.*

127. *Destructio per peccatum si probetur, adhuc destructus quis præsumitur, nisi refectio per emendationem pœnitentiæ ostendatur.*

128. *Bona fides quòd præsumatur in rebus corporalibus procedit.*

129. *Bona fides in rebus incorporalibus non præsumitur, sed allegans probare necesse habet.*

130. *Mala fides ostenditur ex quasi possessione sine titulo.*

131. *Probationes omnes sunt arbitrariæ, & num. 132.*

133. *Iudex ad credulitatem eorum, quæ ex facto allegantur, per testes præsumptiones & confeßiones partium induci potest.*

134. *Probationis species sunt nouem quæ ex ordine recensentur.*

135. *Probare melius multis modis dicitur.*

136. *Coniunctio vbi maior, ibi potior scientiæ existimatur præsumptio.*

137. *Vicinus vel coniunctus præsumitur scire morem coniuncti vel vicini.*

138. *Vicini de possessione notitiam habere præsumuntur.*

139. *Possesio probatur per testem dicentem se laborasse nomine alicuius.*

140. *Testes idoneam scientiæ causam in facto consistentem reddere debent.*

141. *Testes rationem scientiæ per sensum corporeum in possessione docenda exhibebunt. Item qualitatem & modum vsurpationis ostendere tenentur. nu. 142.*

143. *Testibus negantibus aut adfirmantibus, an magis sit credendum in arbitrio iudicis est.*

144. *Probare fictione iuris non dicitur vterq;, sed ille solum qui melius probat.*

145. *Probans melius dicitur veritatem ostendere, & sic iuri non est consonum, vt vera extendantur ad ficta.*

146. *Fictio in casu ficto non operatur quantum veritas in casu vero.*

147. *Probatio fortior minus fortem eneruat.*

148. *Possessio ambarum partium si fuerit æqualis, is tamen qui validius ostendit, obtinere debebit.*

149. *Probatio illa creditur esse validior, quæ fit testibus dignioribus & honestioribus, & sic Imperatori magis quàm præsidi credendum, est.*

150. *Testes non subditi ad probandum quasi possessionem, ante ferri debent testibus subditis.*

151. *Possessio antiquior præualet cùm noua præsumatur inuasio.*

152. *Possessione antiquiori probata, posterior violenta, & clandestina præsumitur.*

153. *Possessio antiqua præsumitur habere iustitiam permanentem.*

154. *Possessor iunior dicitur attentare. Nam obstat ei exceptio continuationis possessionis.*

155. *Continuatio possessionis cum aliquali temporis intermissione accipi debet.*

156. *De actu continuo si loquamur, nihil refert etiamsi aliquod naturæ momentum interueniat.*

157. *De antiquiori possessione alicuius actus, si constiterit tunc actus postea gesti dicuntur turbatiui.*

158. *Testibus de antiquiori possessione attestantibus magis credendum est.*

159. *Titulus iustificat possessionem.*

160. *Possessio tanto præsumitur iustior esse, quanto magis à proprietate causatur.*

161. *Ex primordio tituli posterior formatur euentus.*

162. *Tituli sui vel dominij fidem faciens obtinebit etiamsi par aduersa plures ostenderit actus vbi quæritur etiam an quis duplici ex titulo possessionem queat petere, & deciditur quod sic, sed in petitorio secus iudicandum.*

163. *Articuli de titulo non sunt impertinentes.*

164. *Exceptio dominij, vtrũ in retinendæ possessionis iudicio obijci posit? remißiuè.*

165. *Exceptio tituli in beneficialibus opponi potest.*

166. *Incorporalia sine titulo poßideri non possunt, eoq; respectu articuli super dominio recipiuntur, & num. 167.*

168. *Titulata possessio, vt magis iustificata præfertur.*

169. *Proprietas tanquam dignior trahit ad se possessionem quia proprietatis petitio est iustior.*

170. *Titulus post aduersarij possessionẽ quæsitus haud quaquã patrocinari creditur.*

171. *Titulus præcedens excusat id, quod clam gestum est.*

172. *Possessio tanquam accessoria non patrocinatur quærenti, vbi titulus contra ius apparauerit.* Tituli

173. *Tituli acquisitio est facti, ideo non præsumitur ante aduersarij possessionem quæsitus.*

174. *Titulus fictitius non releuat.*

175. *Fictioni locus non datur, de vbi de veritate non constat.*

176. *Possessio transfertur aspectu & verbis, si alius non possideat.*

177. *Titulus nocet ex quo quis sibi causam possessionis suæ mutauerit.*

178. *Per causam possessionis titulus possessionis intelligitur.*

179. *Causam suæ possessionis nemo sibi mutare potest, secus vbi noua causa extrinsecus superuenerit, num. 180.*

181. *Causam suæ possessionis non censetur quis sibi mutasse, si eiusdem rei possessionem ex noua causa iterum adeptus fuisset.*

182. *Possessio iunior dicitur clandestina.*

183. *Clam aduersarium possidere, aliquis respectu suæ possessionis accuratè capitulare debet, quæ practica multis celebratur encomijs, adeo vt si minùs ita articuletur, succumbet actor, vt num. 184.*

185. *Possessionem antiquiorem demonstrans plus iuris habere dicitur.*

186. *Interdictum retinendæ cessat contra eum qui iustè turbat, & qui probat antiquiorem possessionem triumphare existimabitur, vt num. 187.*

188. *Bonæ fidei possessor melius probat.*

189. *Vincere is debet, qui in opinionum conflictu bonam fidem probauit.*

190. *Possessio iniusta neq; ius tribuit neque actionem.*

191. *Contra bona fide possidentem non datur possessorium remedium, sed agendum est petitorio.*

192. *Possessor bonæ fidei est is, qui ab eo possidet, qui non est dominus.*

193. *Creditor qui pignus accepit, bona fide possidet & tamen scit rem alienam esse.*

194. *Mala fides præsumitur vbi possessio est contra ius & tali casu præscriptio in rebus incorporalibus non habet locum, vt num. 195. & 198.*

196. *Bonæ fidei requiritur possessio, vt quis in rebus incorporatis victoriã reportet.*

197. *Scientia domini in præscribendo iure incorporali (stante bona fide) non est necessaria, vbi subijcitur scientiam quandoq; ex coniecturis probari.*

199. *Possidens prior per constitutum præfertur, secundo actualẽ possessionẽ habenti.*

200. *Per constitutum verà est possessio licet modus sit fictus.*

201. *Duobus si res vendita sit possessor obtinet.*

202. *Duobus si res feudalis detur, tunc prior non obstante alterius possessione admittetur, eadem est ratio, num. 203.*

204. *Priuilegiata persona præfertur secundo emptori cui facta esset traditio.*

205. *Possessio par in facto, sed magis in iure iustificatur.*

206. *Possidere quis dicitur, de iure tantum, & de facto tantum, & quid de traditione ficta ratione inutilis contractus statuendum.*

207. *Ex possessione ius acquiritur.*

308. *Possessio acquisita nihil aliud est, quàm ius.*

209. *Possessio, an sit ius insistendi, vel potius dicatur ipsa insistentia vel animi operatio? iuxta Bolopnet. qui tandem ipsam possessionis substantiã facti esse concludit.*

210. *Possessionem in facto considere octo diuersis iuribus ostenditur. Et iuris esse totidem fundamentis ex Ripa demonstratur.*

211. *Possessio inspecta acquisitionis origine vel medio retentionis, dicitur esse facti.*

212. *Possessio si respectu apprehensionis dicatur esse iuris hoc intelligendum in casibus, quibus iuris ministerio, sine aliquo corpore, vel animo acquirentis proprio adquiratur possessio.*

213. *Agens contra ius constitutionis non auditur.*

214. *Interdictum vti possidetis non competit contra eum qui de iure communi fundatus est.*

215. *Executio in possessione aduersus eum, cui ius commune adsistit non fiet.*

216. *Iura potiora allegans in retinendæ interdicto vincet, quia fortius præfertur debiliori.*

217. *Probatio illa est efficatior cui ius consonat, & quod rebus præsumptio originariæ libertatis competat.*

218. *Sine Titulo possideri nequeunt decimæ, nec iura Episcopalia, nec etiam quasi possessio iurisdictionis.*

219. *Titulum is probabit, qui aduersus Dominum agit.*

220. *Testes, qui iuris præsumptione magis sunt informati, maiorem habent fidem.*

221. *Contradictio iuris & de iure excludit tam petitorium quàm possessorium.*

222. *Possessionis probatio non sufficit in decisorijs petitorij iudicij, sed tituli probatio requiritur.*

223. *Præsumptiones iuris dicuntur liquidissimæ probationes.*

224. *Seruitutem præscribens, quòd ad factum, id est, quoddam ire & agere vel similia, &c. est in quasi possessione seruitutis. Sed non est adhuc in quasi possessione iuris seruitutis nisi postquam præscripserit, vt num. 225.*

226. *Præsumptio iuris instrumentali probationi æquiparatur.*

227. *De Titulo & possessione vtraq; pars probans, incertum esse videtur, quis possideat, cùm vterq; se turbari dicat, vterq; petit vetari vim fieri, vt nu. 228.*

Poten-

Actoris

257. *Actoris ad iudicium scilicet prouocantis causa deterior est.*

258. *Actor is dicitur qui prius libellum obtulit, num. 259.*

260. *Probationes si fuerint æquales, sententia pro eo fertur, qui in iudicium fuerit tractus.*

261. *Iudex rei testibus & probationibus magis credere debet quàm actoris.*

262. *In obscuris vel ambiguis fauorabiliores sunt rei quàm actores.*

263. *Coram iudice suspecto, qui sordibus, gratia vel odio sit corruptus litigare periculosum est.*

264. *Contrariæ substantiæ non possunt stare in eodem subiecto.*

265. *Natura quod immutetur per ius fieri nequit.*

266. *Præscriptio non obtinet in ijs, quæ in mera facultate consistunt.*

267. *Facultati liberæ, ex qua non procedit actio minimè præscribitur, vti facere eleemosinam, vel ire ad sepulchrum* Domini *nostri Saluatoris.*

268. *Præscriptio valet in eo, quod per modum iuris competit.*

269. *Consuetudini solet præscribi, & per aliam consuetudinem contrariam tolli.*

270. *Qualitati seu iuri alicui actioni inhærenti tanto præscribitur tempore, quanto illi actioni principaliter præscriberetur.*

271. *Consuetudo non cadet in ijs quæ meræ sunt facultatis.*

272. *Possessio est nomen iuris & intelligitur de vera ciuili possessione, non autem de nudo actu meræ facultatis.*

273. *Contraria in iudicijs possessorijs adduci non debent.*

274. *Articulans id quod ponit confiteri videtur.*

275. *Doctores nostri aues & oues imitari solent.* Idq; *ex* Ioanne Baptista *Asinio declaratur.*

276. *Actus qui possidendi animo non geruntur, vt potè meræ facultatis actus, insipidè iudicialibus actis inseruntur.*

277. *De animo possidendi imprimis constare debet.*

278. *Animus non præsumitur sed omnino probabitur. Vbi de aduocatis, qui partium iura, non satis exactè dimetiri solent, quæq; subnectuntur.*

279. *Cautionem de amplius non turbando, pars victa, etiamsi in sententia non sit petita, præstabit.*

280. *Cautio de non molestando an perpetua esse debeat, ad hoc considerandum, si ius perpetuum fuerit vel ad tempus, vt num. 281.*

282. *Silentium perpetuum parti victæ imponi debet.*

283. *Sententiam libello conformem esse debere, id maximè in duplici iudicio non semper, procedit.*

284. *Reus quoq; agere & iudicem tacitè interpellare dicitur.*

Possessione

285. *Possessione ipsius rei probata, actor ne in posterum turbet condemnabitur.*
286. *Sententia in simplici iudicio, quandoq; libello non est conformis, id perspicue exemplificatur.*
287. *in Contrarijs sufficit vnus libellus nec opus est contrario libello.*
288. *Sententiæ regulariter non debet causa vel ratio inseri.*
289. *Iudex in ciuilibus sententiæ rationem adijciens stultitiæ arguitur.*
290. *Causa non expressa præsumitur ex causis apparentibus.*
261. *Ratio sententiæ in Camera Imp. non exprimitur.*
292. *Res iudicata in causis pignorationum, vt aduersario præiudicare censeatur, quid ad hoc requiratur.*
293. *Inhibitio quo casu contra turbantem decernatur.*
294. *Iudex à præcepto ob rei iudicatæ authoritatem incipere potest.*
205. *Rei iudicatæ authoritas tanta est, vt ne principis rescripto subuerti posit.*
296. *Remedio nouo indigent quæ de nouo emergunt.*

AD principale ergo propositum * reuertamur, probationes autem fiendæ secundum quod exigit natura actus l. sed & partus §. fin. ff. quod mat. caus. 1.

ADDITIO. 161. Quinimo probare * oportet non solùm quòd aliquis rem possederit, sed etiam quòd sciret se illam possidere tempore negationis: ita quòd non sufficit se absolutè probare, quòd possideret, sic not. gl. & ibi clarius per Bart. ac Dd. in leg. fin. ff. de rei vend. ad idem text. in c. 1. §. Vasallus el. 1. vers. ex certa scientia. Si de feud. fuer. contr. int. domin. & agnat. Alex. sequitur hanc doctrinam in cons. 73. nu. XI. vol. 3. 2.

DIco ergo quod agens ne turbetur, debeat probare causam, quare non turbetur. Causa autem est duplex, vel quia ipse possidet, & aduersarius non possidet, vel quia agens iustiùs

Dd possi-

ADDITIO. 163. Non leuis interpretum est * conflictus, vtrum possessionis substantia in facto vel in iure cõsistat, de qua re suprà in Addit. 130. paucis tetigi, & infrà hoc §. 9. nu. 205. cum aliquot sequentib. amplius quidpiam habetur exaratum. Sed tamen adijciendum existimo (quicquid pleriq; Dd. in contrarium, subtiliter disputent) in practica vbiuis locorum obseruari, possessionem in * acquirendo plus facti habere quàm iuris l. deniq; ff. ex quib. caus. maior. & l. 1. & l. cùm hæredes ff. de acq. poss. text. in l. possideri §. in amittenda ff. eod. tit. Gail. cap. 3. nu. XI. de pac. publ. lib. 1. Idem in effectu, quamuis longissima scripserit serie Ioan. Bolognet. in leg. 1. ff. de acq. possess. quò loci nu. 155. & seq. Doctoribus, qui conantur defendere possessionem esse ius, respondit: sic inferendo, quod lex spiritum * quendam influat & animam in possessionem sicut Deus influxit animam in Adam & fortior est causa adimplens formam, quàm materia l. 1. §. opus ff. de oper. nou. nunciat. & licèt Dd. (qui videlicet possessionis substantiam in iure fundatam esse adserunt) vnanimiter consentiant, quod ad eam sustinendam necessarium est, vt operatio interueniat * & animi actus, sed dicunt eiusmodi operationem, & actum non esse de substantia, sed quoddam adminiculum seu supplementum ipsius possessionis censeri, cùm possessio quamuis sit ius, nihilominus debile ius intelligatur, eò quòd sine adminiculo per se stare non possit, vnde etiam vilis & abiecta dicitur possessio l. si rem mobilem ff. de acquir. possess. l. 1. C. si de moment. poss. fuer. appell. Et hoc pacto scribentes ad multa fundamenta, quæ demonstrant possessionẽ faciliter extingui, & tamen cætera iura durare, cupiunt esse responsum. Verùm enimuerò Ioan. Bolog. d. loco præmissis haud inconcinnè videtur occurrisse, inquiens non esse verum quod res facti, * propter formam additam desinat esse facti, & incipiat esse iuris. Quippe fieri non

10. 11. 12. 13. 14.

 potest,

potest, quod ipsa facti substantia transeat in iuris substantiam, Hinc dicitur quod res facti iure ciuili infirmari non queat l. 1. §. si vir vxori ff. de acq. possess. & l. in libello §. facti ff. de capt. & postl. reuers. Non ideo officit tex. in l. nec mulierem ff. de donat. int. vir. & vxor. vbi probatur mulierem non intelligi rem donatam possidere. Respon-
15. detur legem * non posse facere, quòd ipsa possessio desinat esse possessio, & quod non habeat eandem substantiam, quam habet possessio approbata, vnde pro ea competit interdictum, de vi, & vi armat. licèt non competat pro detentatione l. 1. §. deijcitur ff. de vi & vi armat. & sic cessat tota argumentatio. Porrò, cùm Baldus noster in hoc ipso vers. Ad principale ergo, &c. ea quæ potissimùm ad retinendæ possessionis interdictum spectant, paucissimis deduxisse visus fuerit. Ideo pro maiori difficilis istius materiæ intellectu, amplius quidpiam ad possessionis substantiam conducens adijcere volui. Pleriq; putauerint, sine dubio, quòd vel vsufructuario vel colono, (si fortassis in fructili fundo turbarentur) interdictum vti possidetis valeat competere, sed quòd non, ex sequentibus facilè apparebit. Si accipiamus possessionem pro vera posses-
16. sione. Vsufructuarius, * & colonus non possident, licèt in possessione alioquin esse possint intelligi. Nam aliud est
17. esse * in possessione, & aliud possidere l. cum meo, ff. de
18. acq. poss. Colonus * est in possessione, attamen non sibi, sed domino possidet text. in l. si quis domum §. habitatores ff. locati, & in leg. si quis antè ff. de acq. poss. In simili
19. creditor, * non est pignoris possessor tametsi habeat possionem, aut sibi traditam, aut debitori precariò concessam text. in l. sciendum §. possessor ff. qui satisd. coguntur. Natta cons. 373. nu. 18. vol. 2. incip. quoniam con-
20. tra: nam si pignore * vtatur furti tenetur l. qui pignore ff. de furt. Ad persequendum verò pignus sibi obligatum.
21. Creditor * habet actionem quasi seruiauam, siue hypo-

theca-

thecariam, aduersus quemcunq; qui tenet pignus, vt restituatur & multò magis ad retinendum si possideat §. item seruiana vbi Angel. Ias. & Zas. Instit. de action. Minsing. obser. 70. nu. 15. cent. 6. Pari quoq; modo, * missus 22.
in possessionem rei seruandæ causæ ex primo decreto, vel missus in possessionem ventris nomine, aut quia damni infecti minimè caueatur, non possessionem, sed custodiam rerum & obseruationem accipiunt per text. in l. 3. §. fin. de acq. poss. & in d. l. si quis ante §. idem Pompon. ff. illo tit. & in l. si finita §. si quis autem ff. de dam. infect. notab. est text. in l. si duo §. creditores ff. vti possid. vbiq; probatur, quòd longe sit aliud esse in possessione, & aliud possidere, & quod talibus non competat * inrerdictum 23.
vti possidetis. Et ita quò ad vsufructuarium tenet Cuman. in d. l. naturaliter nu. 1. ff. de acq. posses. Angel. in §. quadrupli nu. 49. Instit. de action. Zasius locupletissimè in l. 3. §. ex contrario nu. 28. de acq. posses. Gail. obser. 6. nu. 8. & seq. de pignorib. lib. singul. Quod etiam creditori non competat retinendæ possessionis interdictum, tenuit Parned. in d. §. retinendæ, vers. Item, Wo jemandts / Instit. de interdict. per l. si duo quoq; §. hoc interdictum, & §. creditores, ff. vti possid. & leg. 1. §. qui superficiem, cum §. seq. ff. de superf. Quibus sic ad possessionis substantiam discussis ad Baldum nostrum pulchram thesin adducentem reuertor.

SEcundò in compossessoribus iudicium est de qualitate possessionis, quia non est * qua- 24.
litas, nisi in subiecto, & quia non ens non potest iustificari possessio quæ non est, vnquam in possessorio patrocinatur, & ideo nemo potest habere tam claram proprietatem,

vt vincat in possessorio ex ipsa, sed adminiculatiuè bene prodest, vt dicam.

ADDITIO. 164. Quæstio hæc valdè practicabilis est, quæ mihi aliquoties ex facto proposita fuit. Estq; de materia l. 3. §. ex contrario ff. de acq. poss. quò loci quæritur an duo tanquam compossessores possint eandem rem in
25. solidum * possidere. Quæ difficultas ex ea re soluitur quęstione, an possessiones eundem finem vel diuersum respiciant. Nam si ad eundem tendant finem, non possunt simul concurrere, neq; duo in solidum possidere possunt eandem rem. verbi gratia. Ex àctis legitimè constat Titium in fundo semproniano merum imperium possidere, ideo Caius non potest iure legitimo obijcere, idem met se
26. imperium possidere. Nam Caius hac * mente non debet esse, vt quicquid Titius possidet ille quoq; velit possidere text. in leg. 3. §. in certum ff. de acquir. possess. Si verò
27. possessiones diuersum * concernant finem, quod contingit, quando differunt specie, & tunc plures compossessores in solidum eandem rem possidere valent. Et ratio differentiæ est, quia quando tendunt ad eundem finem, vnusquisq; in solidum vult occupare totam rem respectu illius finis, ac omnes alios impedire, qui volunt ad illud ius venire, vnde sucedit regula, d. §. ex contrariò.
28. Quod in eo loco in quo stat, * vel sedet Titius animo aut corpore, Caius non potest stare aut sedere, animo vel corpore suo in illa re. cùm se inuicem impediant, per naturalem rationem d. §. ex contrario, de acq. poss. gloss. mag. ibid. & Dd. per text. in l. si duo, ff. de præcario. Quando autem possessionis diuersum respexerint finem, tunc licèt corpore vterq; sit in possessione, & animo eandem rem teneant, inq; ea sedeant. Tamen non intendunt totam rem occupare, neque se inuicem impedire, tantum
29. quoq; abest, vt naturalis obstet ratio, quin vnus * quisq;

rem illam ad diuersum finem occupare possit, vtpotè Titius in fundo semproniano altam, vel vt nostrates loquuntur supremam, sed Caius in eodem fundo bassam, vel latinius, paruam possidet iurisdictionem. Et propterea vno possidente respectu sui finis, eadem res videtur esse vacua respectu alterius finis siue qualitatis. Vnde non impeditur alter propter aliam qualitatem ingredi, & ibidem stare corpore & animo, neque lex fingit æqualiter vtrumq; possidere. Sed fingit * vnumquemq; possidere 30.
& occupare animo rem sui finis aut qualitatis respectu, ita iuridicè dispicit Ioan. Bolog. d. §. ex contrario, nu. 16. de acq. poss. tantò etiam minus dicuntur esse contraria, quæ diuersis respectibus petuntur & peraguntur. Bal. in l. 1. C. de furt. Cagnol. in l. vbi repugnantia, nu. 4. de reg. iur. Idem de actibus diuersæ speciei, vid. quæ habentur suprà, in §. 6. nu. 95. & seq. Addit. 100. exemplificata, quibus ex sententia Baldi nostri addatur, quod dixit in l. vnica C. de confess. videlicet, istum pedem non esse, de illa gamba Academia Lipsensis, in doctissimo quodā responso, quod est cons. 32. inter consilia Kirchouij, vol. 5. nu. 43. vbi insigniter probatur, quòd à diuersis minus rectè inferatur l. Papinian. exuli ff. de minor. & l. inter stipulantem §. Sacram rem, vers. Sed hæc dissimilia sunt, ff. de verb. oblig. Simili & eodem ferè modò, alium fingendo casum, posset argui: nempe vasallus quidam à domino directo, cui fidelitatem promisit, feudum habet, eiq; vasallus & sui præcessores, ex causa eiusmodi rei feudalis, si quidem vsus exegerit, debita præstiterunt seruitia. Interea accidit, quod vasallo ab alio potentiori domino, ratione quorundam superindictorum, (quæ tamen non perpetuò durant, nec eorum quantitas semper est certa) lis mouebatur: demum res post multos litium circuitus eò deuenit, quòd ipse vasallus in superindicta, potentiori illi domino refundenda fuerit condemnatus. Exinde

quæri-

quæritur, an vaſallus propter tales collectas à præfato domino potentiori rem feudalem recognoſcere & priorem dominum, à quo aliàs inueſtitus eſt, relinquere cogatur. Et dicitur quod non, quia ſunt diuerſa: nam vnuſquiſq; dominus animo rem ſui finis reſpectu occupare poteſt, per ſuprà dicta iura. Huc etiam confert indubitata iuris doctrina, ſi quidpiam feudo ſit adiectum, quòd per ſe ſubſiſtere poteſt, id feudo non adcreſcit, c. 1. Vbi omnes feudiſtæ hoc docent, de inueſtitura de re aliena facta, venit etiam in conſideratione quod multi prouinciales, de bonis ſuis etiam allodialibus, ſiue proprietarijs exactiones erogare teneantur: non ideo cenſentur eſſe vaſalli, ſed potius vt ſubditi hoc facere intelliguntur, qui vtiq; indiſcreto moderamine, in exactionibus ſuperfluis minimè prægrauari, nec ad exinanitionem extremæ virtutis vſq; adduci debebunt c. inter cætera 10. quæſt. 3. Qui enim nimis emungit, elicit ſanguinem c. deniq; 4. diſt. & not. in l. ſciendum §. illud ff. de ædilit. edict. refert & ſequitur Luc. de Penna in l. vnic. C. de ſuperindict. lib. 10. Quippe Principum eſt ſtudere, vt non exactores, ſed Dei rectores nominentur, non in ſubditos ſæuire crudeliter, ſed illos amplecti regaliter, vt ſint forma ipſorum, non dominatores eorum c. quia cognouimus d. quæſt. 3. Sed noſtram ad quæſtionem fictam redeundo, non obſtat quem ſcienter, rem propriam recognoſcere in feudum poſſe, & res illa efficiatur feudalis Aluarot. in c. 1. §. ex eadem verſ. nota ab extrà, de leg. Conrad. ſequitur Natta conſ. 669. nu. 10. vol. 4. huic obiectioni perfacilè reſpondetur, quòd res illius vaſalli non ſit propria, ſed ad ipſum dominũ, à quo prius inueſtituram reportauit, pleno iure proprietario pertinet: minus quoq; officit, quod ſuper annuis redditibus ex re immobili prouenientibus feudum conſtitui poſſit. Hoc eatenus accipiendum, quatenus, tales redditus ſunt certi ac perpetuò duraturi. Sin verò eſſent

incerti, tunc inter mobilia computantur, idq; probatur in clem. exiui §. cumq; annui redditus de verb. sig. & gl. ordinaria in l. nulli ad verb. annonas C. de sucros. Eccles. Afflict. in c. vnic. §. Sciendum, de feudi cog. vbi feudist. princeps ille Andr. de Isern. id pulchrè declarat. Quibus accedat quòd huiusmodi collectæ, vel superindicta ob necessitatem publicam extraordinariè, subditis siue prouincialibus imponi soleant, & sic nusquam feudi naturam sortiuntur. Itaq; magis est, vt ad onera exordinaria referantur d. l. vnica ibid. gl. C. de superindict. lib. X. Cæteroquin seruitium reale si præstetur, non est propriè feudum Bal. in c. si cautio col. fin. ext. de fid. instrum. vt potè si castrum pro centum libris annuatim soluendis in feudum concedatur, magis locatio, vel emphyteusis aut contractus innominatus diceretur, quam feudum, ita notanter decidit Bal. in l. liberti col. fin. vers. Item nota si instrumentum C. de oper. libert. Curt. Iun. in tract. feud. part. 1. §. Sextò principaliter, num. 15. Sciendum obiter quòd nec Papa, nec Imperator possint deuestire vasallum semel inuestitum, nisi causa & culpa, sit per sententiam conuictus. Quia licèt Deus Imperatori subiecerit leges, non tamen ei conuentiones & contractus supposuit, iuxta nostrum Bald. in c. 1. per illum text. de natura feudi, egregiè Ioan. Schneid. in tract. suo feud. part. 3. num. 16, aliàs idē Bal. ait in c. cùm super de caus. poss. & prop. Principē supra ius contra ius, & extra ius omnia posse, & quia princeps est causa causarum, non est de eius potestate inquirendū, cùm primæ causæ nulla sit causa, quia id quod primum est, aliud ante se habere non potest, scripsit idem Bal. in c. sanctæ Mariæ col. pen. vt lit. pend. Ita Vniuers. Witebergens. inter responsa Kirchouij cons. 1. num. 4. & seq. vol. 2. quòd autem feudum contractus dicatur tradit Bart. in l. iurisgentium §. quinimo, vbi Ias. ff. de pact. Idem Ias. in l. 1. vers. limita istud ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

ITem reo vt absoluatur non prodest iniusta
31. possessio actoris, * nisi relatiuè ad eum scil: reum, dicatur iniusta, vel quia vi vel clam vel precariò, ob ipso possideatur, nam talis possessio non pertinet ad iudicij vigorem leg. 1. C. vti possid. & arg. leg. communi diuidundo §. inter ff. com. diuid.

ADDITIO. 165. Quando altera pars habet causam immediatam ab aduersario, vt quia ipsum spoliauit, & sic possidet vi ab eo, vel aduersario absente ingressus est clā eius fundum vt in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff.
32. de acq. poss. quo casu dicitur ab eo habere * possessionem clandestinam immediatè & sic nō potest contra eum obtinere in hoc interdicto text. in l. 1. §. perpetuo & §. fin.
33. ff. vti possid. Nam * si quis ab alio possideat iniustè, illa quidem possessio reputatur iusta quo ad suum aduersarium per text. in l. fin. de acq. possess.

APPLIcando igitur ad propositum, sciendum est, quod aut vnus probat tantum de possessione, aut probat vterq;, sed vnus melior altero: aut probat vterq; pariter, aut neuter: & sic nullus omnino probat. Primo casu vincit,
34. in * vti possidetis ille, qui probat se possidere, tempore litis contestatæ, quando proceditur ordinariè.

ADDITIO. 166. Suprà in §. 7. discussum est, quo casu in retinendæ possessorio lis non contestetur, & quo vtpote in ordinario possessorio lis contestari debeat. Quibus

bus hoc loco aliqua ob causarum frequentiam, quæ inter status sacro Imperio immediatè subiectos crebrò eueniunt, de pignorationibus paucis verbis subnectere lubet. Processus itaq; * pignorationis vltra quòd bipartitus est 35.
(quo de postea dicitur) aliquot habet qualitates, quæ ante litem contestatam legitimè ostendi debent per Bal. in l. non ignorat num. 31. C. qui accus. non poss. signanter docet quando qualitas est ratio introducendi personam in iudicium, tunc debet talis qualitas, si aduersarius eam negat, ante litis contestationem probari. Obseruandum igitur quod * omnis turbatio, non est pignoratio quàmuis ècontra, omnis pignoratio dicatur esse turbatio, vnde 36.
ad docendam veram pignorationem (de qua constitutio Imperij Ordinat. part. 2. tit. 22. potissimùm dispicit) quinque requisita * pro obtinendis processibus Mandato scilicet & citatione pignoratus supplici libello inserere habet 37.
necesse. Primò requiritur, quòd vterq; tam pignorator quàm pignoratus immediatè subsint Imperio. Deinde quòd pignoratus existat, in possessione eius loci & iuris in quo & vbi facta est pignoratio, per Minsing obser. 12. cent. 1. Nam isthæc Imperialis constitutio, tantum in retinendæ interdicto obtinet, quòd in causa citationis plenissimè disputatur & deciditur. Requiritur tertiò, quod pignorator eò loci vbi fit pignoratio aliquid iurisdictionis, aut noui iuris, sibi per huiusmodi pignorationem vsurpare & acquirere velit, Minsing. d. obser. 12. talis enim pignoratio ad interdictum, vti possidetis pertinet, ne vis fiat ei qui possidet tex. in l. 1. §. sed si inter, & §. seq. ff. vti possid. Quartò quòd res * alia capiatur propter rem aliam, 38.
ac si res tertia, & quidem innocens, quod alius pro alio grauetur: nam eiusmodi turbatio propriè dicitur pignoratio text. in c. 1. de iniurijs lib. 6. exempli gratia, Si meus subditus vel eius bona, ob turbatam iurisdictionē, vel possessionem meam capiantur, hoc enim omni iure prohi-

bitum est, d. c. 1. de iniurijs lib. 6. & in Auth. vt non fiant pignoration. pro alijs personis text. in l. hac definitione C. de omni agro deserto lib. XI. & l. nullam C. de execu-
39. torib. & ex actorib. lib. 12. Nemo enim * alterius odio prægrauari debet tot. tit. C. ne vx. pro marit. text. in l. non debet ff. de reg. iur. & in c. non debet. illo tit. in 6. & in leg. prægnantis ff. de pœnis. Quintò & vltimò, requiritur,
40. quòd * pignoratio facta sit ex causa ciuili, non ob perpetratum delictum, quia Imperij constitutio maleficia nun-
41. cupatim excipit, ne crimina maneant * impunita, cuius rei gratia Reipub. interest text. in l. ita vulneratus §. quòd si ff. ad leg. Aquil. & in leg. si operis C. de pœn. delictum,
42. enim dat * iurisdictionem, qui aliàs non habet. per notab. text. in l. 3. ff. de offic. præsid. gl. fin. in c. vlt. verb. ratione, de for. comp. plura quæq; ampliori stylo habentur apud
43. Gail. obser. 3. lib. sing. de pignorat. Obiter * notandum, (cuius mentio supra fuit habita) pignorationis processum esse bepartitũ, Mandati videlicet, ac citationis, siquidem Imperator imprimis mandat, vt persona capta ante omnia relaxetur vel res pignorata vestigiò restituatur. Deinde citatur pignorator, vt causam pignorationis, in termino præfixo sub pœna perpetui silentij deducat iuxta text. in l. Titia ff. de accusat. huc faciunt quæ adnotauit Minsing. obser. 83. in prin. cent. 2. Ex quo finaliter sciendum hoc retinendæ interdictum, non esse momen-
44. taneum vel extraordinarium, * sed plenissimum & ordinarium, in quo lis contestatur, & sic plenæ recipiuntur probationes, & sententia lata est diffinitiua, plenum præiudicium in possessorio victo adferens. Possessio enim victori plenè adiudicatur saluo petitorio iuxta not. l. vnic. C. vti possid. & in d. l. naturaliter §. nihil commune, de acq. poss. Gail. d. obser. 3. in princip. lib. sing. de pignor. Et in iure conspicuum est, is qui hoc retinendæ possesso-
45. rio experitur, necesse habet demonstrare, quod eo * tempore

pore quo turbaretur, & lis contestaretur, rem in qua se conqueritur esse turbatum possederit, Minsing. in §. sed interdicto nu. 2. Instit. de interdict. inde etiam possessionis continuatio (de qua infrà latiùs) docetur per Bart. in l. Celsus col. fin. ff. de vsucap. Bald. in l. fin. in 5. opposit. C. de edict. Di. Adr. toll. ex quo sequitur eum, qui semel possedit, semper possidere præsumitur, maximè si hoc allegetur Bart. in leg. siue possidetis C. de probat. Vnde si quis agens hoc interdicto spolietur, per aduersarium post lit. contest. nihilominus obtinere debet, quamuis non possideat tempore sententiæ, * quia lex considerat 46. solam possessionem tempore litis contestatæ §. hodie. Institut. de interdict. per Bald. in leg. vnic. col. 3. in fin. super quarta glos. C. vti possid. quia ciuilis * possessio consi- 47. stit in solo animo, & sic præsumitur animo continuasse possessionem & obtinebit. Hostien. in c. cùm ad sedem, de restit. Spoliat. Ioan. Faber. in §. retinendæ vers. circa quintum Instit. de interdict. Ad hoc obiter notandum quod luculenter elaboratę constitutiones Saxonicę, part. 2. constit. 7. expressè teneant, per pignorationes interrumpi solere præscriptiones, & quem in acquisita seruitutis quasi possessione tantisper manu tenendũ, donec ordinariò euincatur processu per rationem quod bonæ fidei dicatur possessor qui ante litem contestatam possidet, secundum ea quæ suprà §. 7. nu. 96. expenduntur.

VEL quando fuit in contumacia reus, lit: contest. arg. l. si cùm §. fin. in fin. ff. si quis cautionib.

ADDITIO 167. In præcepto comminatorio non exigitur * pœna nisi data vera cõtumacia Bart. in l. 1. §. fin. ff. 48. si quis ius dicent, nõ obtem. Ideo * ad excusandum con- 49. tumacem, vt non incidat in pœnam, bonum est probare eius absentiam, ita vt verisimiliter nõ potuerit scire cita-

tionem Bal. noster in d.l.1.§. fin. Alex. & Iaſ. ibid. col. antepen. Vnde ſemper bonum eſt allegare, aliquod fundamentum, qualecunq; ſit iuxta Bal. in l. ea quæ col. fin. C. quomod. & quand. Iud. Iaſ. latè in l. ſi id quod col. 9. ff.
50. de iuriſd. om. iud. & ſic nunquam incurrit quis * pœnam contumaciæ, ſi aliquam cauſam coloratam, & etiam iniuſtam, alleget, ſequitur Marant. in tract. de multipl. alien. nu. 357. Vt tamen quis contumax eſſe dicatur adhoc ſal-
51. tem ſententia * requiritur declaratoria per Martin. Dobbertin. in ſuo iuris promptuario verb. contumacia, per gl. & DD. in l. 2. §. quòd ſi actor C. de iuram. calum.

QVANdo ſummariè proceditur, quod interdictum eſt, vt ſuprà dixi.

52. ADDITIO. 168. Si agatur in ſummario * poſſeſſorio, & ſic de leui præiudicio, ſufficit ſemiplena probatio per famam, vel per vnum teſtem Bart. in l. 2. §. fin. C. vbi in rem actio & in l. de minore §. tormenta ff. de quæſtion. in
53. quæſt. de effectu famæ. Item probatio * minor tanto admittitur, quanto de minori agitur præiudicio Socin. ſen. conſ. 188. incip. in controuerſia quæ vertitur. verſ. poſtremò præmiſſa lib. 2. adeò, vt in eiuſmodi ſummario iu-
54. dicio * præſumptiua ſufficiat probatio. Bal. cum gl. Ang. & Dd. in ſæpè d. l. vnic. C. vti poſſid. Dec. in l. 2. C. de carbon. edict. gl. & ibi Bart. in l. 1. num. 10. C. quor. bonor.
55. Quibus non ineptè adijci poteſt, in ſumarijs * poſtquàm in cauſa ſit concluſum, probationem fieri poſſe, Socin. ſen. conſ. 190. incip. memini me pluries, nu. 7. verſ. Præterea licet vol. 2. alleg. Roman. in l. admonendi ff. de iureiur. & conſ. 175. arg. clem. ſæpè, de verb. ſignif. in verb. interrogabit.

56. ET not. non ſufficere, * quod teſtis probet in genere turbationem, ſed etiam modum

turba-

turbationis probare debet. Cùm actor reo postulante modum turbationis exprimere teneatur. secund. Innoc. c. licet causam, de probation.

ADDITIO. 169. Vbi actor se possedisse speciatim & turbatum fuisse, in eadem re, quæ in ipsâ actione specificata est, * non probauerit, impossibile est eum obtinere per bon. text. in l. habebat. ff. de instit. act. d. c. licet causam de probat. & c. abbate sane, de re iudic. in 6. Innoc. in c. ex parte de priuil. Bal. in l. edita vbi plenissimè C. de edend. Bart. in l. 1. in prin. ff. illo tit. l. Titia ff. sol. matrim. refert & sequitur Alex. cons. 73. num. 10. vol. 3. Ad testes quantum attinet, iis * qui viuersaliter deponunt, magis creditur quàm indefinitè Abb. & Canonist. in c. auditis de testib. per rationem quia indefinita in teste non concludit vniuersaliter, & Ias. pulchrè in l. non hoc col. 3. C. vnd. cognat. Felin in d. c. auditis col. 13. Sed præcipuè ad rem nostram eundo. Testibus * in specie deponentibus magis creditur quàm in genere testificantibus Hypp. de Mars. in l. de minore §. plurium col. 17. in fin. ff. de quæst. Socin. cons. 54. col. 3. vol. 3. Socin. iun. cons. 88. col. 1. & 3. vol. 2. Ruin. cons. 13. col. pen. vol. 4. Port. com. opin. conclus. 32. & seq. Huc benè confert attestationes quæ eliduntur per contrariam probationem in specie, generali solere derogare Hier. à Laurentiis Rota Auenion. Decis. 36. num. 5. Obseruandum quod testes in summario examinati iudicio * iterum in ordinario possint repeti, licet eorum depositiones sint didicitæ quia * variatur modus agendi per c. veniens cum ibi not. de testib. & sic non obstat leg. pen ff. de his qui sunt sui vel al. & leg. si quis, ita pulchrè Castren. cons. 3. incip. in caus. quæ vertitur, &c. vol. 2. num. 7. Vbi egregie, &c.

Margin: 57. 58. 59. 60. 61.

Quod

QVOD verum est nisi reus se asserat possidere. Nam hoc ipso turbat, nec est necesse allegare, tunc, vel specificè probare, vel turbationis modum ostendere, quia apparet ex actis.

ADDITIO. 170. Bald. noster hoc loco de secundo substantiali huius retinendæ interdicti pulchrè ostendit,
62. Quippe * si reus adfirmet se possidere iam satis conspicuum est iudici de illata alterutrius partis turbatione, quocunq; enim casu is actus prohibetur, qui possessionis proprius est huic interdicto, vti possidetis fit locus Iohann. Schneid. in §. retinendæ nu.40. Instit. de interdict. Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti ff. vti possid. per l. vim facit ff. de vi & vi armat. l. 3. §. hoc interdictum ff. vti possid. hæc iura rectè sequuntur scholares Colonien. in d. disputat. de retinend. poss. Thesi 13. Cæterùm communis scribentium sententia hæc esse videtur, quòd præcisè non consideretur, an turbator contendat se possidere vel non.
63. Sed sufficit * quemuis actum turbationis inferre. Ideo si
64. quis * Colonum expulerit, vel laborare prohibuerit, vel quid aliud damni vel turbationis intulerit, interdicto vti possiidetis conueniri poterit, iuxta gl. determinationem in l. 1. §. huius autem interdicti & §. restituendæ ff. vti possid. pro qua doctrina confert d. l. si duo in prin. & §. 4. item videamus si author & §. 9. si vicinus meus ff. eod. & Bart. in d. l. 1. §. restituendæ, illo tit. Item Bart. in d. l. vim facit. ff. de vi & vi armata & in l. Mæuius §. fundo ff. de legat. 2.
65. In summu turbato * plura competunt remedia, aduersus turbatorem, exinde potest sibi eligere, quo namq; vti volet remedio. per not. in l. quòd in hæredem §. eligere ff. de tributor. & not. Dyn. in c. nullus pluribus de reg. iur.
66. lib. 6. Potest etiam * confessoria vel negatoria experiri Costald. ad l. XL si seruit. vendic. & iuxta ea quæ habentur, apud

apud insignes scholares Marpurg, in Synopsi iuris controuersi cent. 1. quæst. 89. Alioquin * sufficit verbalis & 67.
iudicialis contradictio secund. Ias. in l. si prius num. 27. & seq. ff. de oper. no. nunciat. eò spectat responsum Alex. cons. 88. incip. Quoniam omne datum, &c. nu. 32. vers. non obstat quod secundò, vol. 5. vbi scripsit quòd iudicialis contradictio, sufficiat pro turbatione in retinendæ interdicto, quando aduersarius se possidere cõtendat per l. fin. ff. si vsusfr. petatur d. l. si prius vbi Bart. in 5. opposit. primæ part. ff. de oper. no: nunc Ioan. Andr. in c. mandatum de rescript. Ant. de Butr. in c. audita de restit. spoliat. & Alex. cons. 88. ad hoc propositum alleg. hanc Baldi disputationem. Idem Bald. in l. ordinarij C. de rei vendic. dicit iudicialem contradictionem sufficere pro turbatione, vbi aduersarius se possessorem contendat. Secus tamen * si reus simpliciter negauerit, Ioan. de Imol. in d. 68.
l. si prius ff. de oper. no: nunciat.

ET not. Qualiter probetur possessio, scil. quis facit ea, quæ faciunt possessores, videlicet ire ad rem, * & fructus vel reditus percipere l. 69.
stipulatio §. hi quoq; ff. de verb. obl. l. Titia ff. de solut. leg. pen. in glos. ff. de cond. instit. leg. Pomponius ff. quib. mod. vsusf. am. l. si quis super C. fin. regund. leg. litibus C. de agric. & censit. lib. XI.

Additio. 171. Iuxta istud Baldi dictum vtpotè, ire ad rem, &c. tenendum quòd is, qui pro parte itineris it, totum ius vsurpare videtur glos. in leg. stillicidij §. fin. ff. quemad. ser. amitt. & hoc est verum si vnus est dominus viæ. Idem si plures pro indiuiso, ad hoc pertinet text. in l.

is qui vsumfructum ff. quib. mo: vsusfr. amitt. Bald. no-
70. ster ibid. dicit * quòd is qui vtitur parte ex certa scientia retinet possessionem totius ratio est secund. gl. quia scit ius suum simul durare l. sicut §. nō videtur ff. quib. mod. pig. soluatur Ioan. de Imol. in l. inter pares per illum tex. ff. de re iud. col. 3. Vbi agitur de retinenda iurisdictione,
71. & excludenda præscriptione sufficit constare * quod aliquid pertinens ad iurisdictionem exercuerit, & per not. Innocent. in c. dilectus, de Capell. Monoch. & Barr. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuque priuat. Ferdinan. Vasq. de succes. creat. lib. 3. §. 26. limit. 31. nu. 122. eiusdem mentis videtur esse Syluest. in sua summa. verb. possessio, vers. possidere autem dicitur. Ibi, de iure possidere dicitur quis, primò naturaliter, vt cùm est in re vel eius parte, secundum Azonem in summa. Insuper demon-
72. stratur * possessio per solutionem collectarum Bald. cons. 251. col. 3. vers. non est dubium quòd in contrarijs casibus vol. 5. incip. sententia quam. Immo ex descriptione
73. in libro æstimi facta * præsertim vbi de contrario non pateat Castren. in l. si pater num. 2. in fin. C. de action. So-
74. cin. sen. cons. 89. col. 6. in prin. lib. 1. maximè si * factum sit antiquum tunc possessio ex eiusmodi libro æstimi probatur, idem Socin. sen. Latius hoc declarat cons. 205. col. 3. vers. ex quibus negari, lib. 2. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nu. 570. & multis seq. quò loci infinita, maximè quo pacto in rebus incorporalibus, quasi possessio ostendatur, enumerat. Similia etiam ex facto sæpius mihi proposita fuere.

75. ITEM ex multiplicatione * actuum conualidatur probatio possessionis c. pen. de caus. possess.

ADDITIO. 272. Sanè hæc Baldi doctrina cum mica
76. salis accipienda, ita vt * talis actuum multiplicatio de eadem

dem possessionis specie, nō autem de ambiguis vel æquiuocis veniant existimanda. Ideo * vt plurimum de ipso 77.
possidendi animo, imprimis constare debet, cùm sine eo
acquiri non possit possessio Bart. in l. pro hærede in fin.
prin. ff. de acq. hæred. Hinc in dubio animus, non * præ- 78.
sumitur nisi probetur l. in bello §. factę ff. de capt. & postl.
reuers. Rota Bonon. decis. 70. num. 16. quò loci dicitur de
actu * æquiuoco, qui de possidendi animo, & non possi- 79.
dendi potuit intelligi. Idem adseuerat Hartman. obser. 3.
tit. de censib. scribens quòd probatio * generalis & æqui- 80.
uoca non releuet probantes super certa specie sub genere probato, contenta. c. in præsentia de probat. text. & gl.
in c. pia, de except. in 6. per alia ibid. Credant mihi ingenuè candidi quiq; incipientes aduocati, quòd eiusmodi
æquiuocationis * gratia in arduo negocio non leuis ex- 81.
titerit conflictus, qui tantum maiori consulentium suffragio per hanc differentiam, vtrum actus æquiuocè vel
vniuocè probarentur esse gesti, decidebatur. Et verum vt
fatear permulti actus, qui nec modica exhibebantur copia, ambigui in effectu & æquiuoci comperiebantur, attento, quod altera pars (quæ scilicet in actuum pluralitate pedem figere conabatur) contra delinquentes ex causa
cuiusdam priuilegij, * in alieno territorio voluit procede- 82.
re, quò spectat conspicua dispositio in l. 1. C. vbi de crim.
agi oport. per not. ibid. & Bart. in l. cunctos populos in 8.
quæst. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. Nam per * actus 83.
æquiuocos non acquiritur, quasi possessio iurisdictionis
Ant. de Butr. in c. fin. de caus. poss. & propr. eò quòd æquiuoca probatio non releuet l. non hoc C. vnd. cog. d. c. in
præsentia, de prob. Porrò circa hanc materiam vtiq; non
facilem, accuratè considerandum est, quia omnes doctrinæ, quæ volunt, quòd respectu loci quasi possessio iurisdictionis quæratur, disponunt. Si quis exerceat iurisdictionem * in loco vbi dicit se quasi possessionem acquisi- 84.
 uisse,

uiſſe,quia tunc dicituriurisdictio exerceri in aliquo territorio reſpectu loci vt declarat gloſ. 2. & ibi. Dd. in l. imperium ff. de iurisd. om. iudic. ita conſultus doctè reſpondit Socin. ſen. conſ. 187. nu. 20. & 21. incip. in controuerſia quæ vertitur, vol. 2. præſertim in eo minimè dubium eſt. qui de iure communi intentionem habet fundatam, vt not. Panor. poſt Innoc. in c. 1. per illum tex. quem ſcribit multum notab. de religios domib. & trahit ibid. ad multas quæſtiones. Idem Innoc. in c. dilectus col. 3. in verb. poſſeſſoris de Capell. Monach. ad hoc multa per Tyraquel. adducuntur Tom. 3. de Retraict. lignagier §. 36. de la iurisdiction. gloſ. 3. nu. 12. vbi & nu. ſeq. refert ſe conſuluiſſe, vt fiat notificatio in omnibus iuriſdictionibus, vt emptor ab omnibus diſputationibus ſit tutior, per gl. in clem. cauſam verb. communiter, de elect. His conueniunt, quæ ſuprà in §. 6. num. 81. perſtringuntur quòd actus in vna poſſeſſionis qualitate non intelligatur ad ali-
85. am: ſic etiam * exercitium in vna iurisdictionis ſpecie nō queat extendi ad aliud per Hieron. de mont. in tract. fin. regund. cap. 78. num. XI. & clarius num. 26. eſt doctrina Bart. in leg. 1. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itin. actuque priuat. quia exercitium in vno capitulo, ad ius vniuer-
86. ſale non extenditur, ſed tantum * præſcriptum quantum poſſeſſum c. cùm contingat de decim. Boer. deciſ. 227. num. 4. & 5. & tunc regulam habere locum. Eatenus præſcriptum quatenus poſſeſſum, ad hoc etiam citat Angel. in l. vna eſt via ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. vid. omnino leg. 2. ff. de offic. præſid. Cæterùm quòd non ſemper iuxta Bald. noſtri doctrinam ex actuum multiplicatione poſſeſſionis conualidetur probatio animaduertenda-
87. dum eſt, quod * vel actibus duobus poſſeſſio induci poſſit, & confirmatur in quaſi poſſeſſione iurium incorporalium per Lud. Roman. conſ. 70. incip. viſis themate & quæſtione, num. 13. quò loci reſpondit non ex infinitis actibus, ſed ſolùm ex duobus inducitur, acquiſitio quaſi poſſ-

possessionis iurium incorporalium ac etiam iurisdictionis & consequenter ipsius quasi possessionis probatio ad hoc singul. citat tex. in c. 1. §. si non vasallus. Ibi, cum duobus vel tribus quietis acceptionib9 quasi possideat. Quid sit inuestitura, in vsib. feud. vbi refutat ea quæ in contrarium scripsit Bald. in l. 2. C. de probat. in tantum * etiam, 88.
quod per vnicum actum quasi possessio acquiratur. Idem Roman. cons. 311. num. 7. alleg. Innoc. glos. & alios in c. cum Ecclesia de caus. & propr. & in c. bonæ de postulat. præl. & Bald. in leg. 2. C. de seruit. & aqua Mandosius in apostill. ad d. Roman. cons. 70. adducit Alex. cons. 74. nu. 16. vol. 4. Vbi scripsit etiam per vnicum actum, qui fuit sortitus effectum quasi possessionem acquiri per not. in c. cùm olim Abb. ibid. post alios, de caus. poss. & facit tex. in c. cùm de beneficio: de præbend. in 6. Ferdin. Vasq. tract. de Illustr. controuer. cap. 87. nu. 2. tenuit vnicum actum ad possessionem obtinendam sufficere, glos. in d. c. cum Ecclesia, de caus. possess. & propr. Eiusdem sententiæ est Wesenbec. conf. 18. nu. 18. part. 1. inquiens vnicum actum ad præscribendum esse sufficientem. Specul. tit. de feud. §. super homagijs num. 10. Balb. de præscript. part. 2. quart. part. princip. quæst. 6. nu. 5. pulchrè Cephalus cons. 681. in prin. vol. 5. incip. pro resolutione, vbi respondit, si vnicus ille actus non consueuit iure familiaritatis fieri, sed solùm per illos ad quos de iure id pertineat, alleg. Innoc. in d. c. cum Ecclesia in gl. absuisse, de caus. possess. & propriet. Gail. obser. 24. nu. 4. vers. quandoq; tamen, lib. singul. de pignorib. scripsit possessio. vnius actus generat ius vniuersale, nimirum si nullus sit in possessione aliarum specierum iurisdictionis & aliorum actuum, quo * casu possessio, vnius actus ius vniuersale 89.
producit, ita quòd per vnicum actum præscribatur ius vniuersale, vt præclarè Bart. in d. l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itin. actuq; pri. Felin. in c. auditis, de præscript. Ias. in l. 3. nu. 36. ff. de acq. poss.

90. ITem qui detinet, præsumitur * possidere leg. ob maritorum, in glos. & per Cyn. C. ne vxor pro marito c. cùm olim per Innoc. extrà de priuileg. & 6. quæst. 1. c. pontifices per Archid.

ADDITIO. 173. A iuris communis sanctione non
91. est * absonum, detentionem pro possessione interdum accipi. Imp. in l. vnic. C. de vsucap. transfor. verbo (detinendi) aliquoties vtitur pro possidendi & in l. pen. C. de præscript. 30. vel 40. annor: possessionem detentionem & possessorem detentorem appellat, quemadmodum eti-
92. am suprà §. 7. nu. 103 asseruimus. Imo * qui in aliena sunt potestate rem tenent l. possessio quoq;, de acq. posses. hoc est possidet, at in l. stipulatio ista habere licere §. hęc stipulatio. de verb. oblig. & in l. iusto §. fin. ff. vsucap. & vsurp. & in l. 1. ff. de acq. poss. vbi I.C. Paulus respondit, possessionē naturaliter teneri ab eo qui ei insistit adeò, vt pro sola
93. detentione * remedium detur possessionis recuperandæ. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 369. & seq. vbi dicit Baldum malè sensisse in l. num. 5. in fin. C. si de moment. fuer. appell. nam & alias detinens possidere præsumitur. Innoc. in c. quoniam frequenter §. quod super, vt lit. nō contest. Sed Cuiacius secundū communem ac in iudicijs vsitatum stylum rectè intelligitur obseruasse in parat. C.
94. de acq. posses. quòd detentio * vel subsessio aut incubatio plerumq; in malo accipiantur pro malæ fidei possessione cui etiam conuenit sententia Ioan. Bologn. in d. l. 3. §. ex contrario nu. 12. de acq. posses. scribentis possessionem
95. imperfectam appellari detentationem * quæ dicitur esse imperfecta ex varijs causis, vt potè quando res non potest possideri l. qui non vniuersas §. 1. ff. eod. de acq. possess.
96. Item quando * persona non habet ad possidendum habilitatem l. possessio §. 1. ff. eod. tit. & l. quòd seruus, de verb.

oblig.

oblig. Stante etiam habilitate ex possidentis voluntate secundum ius gentium * est in detentatione coloni, depositarij & comodatarij, vel serui vel alterius, qui nostro nomine est in possessione per ea quæ habet idem Bologn. in l. 1. §. item acquiritur, primo responso & l. si colonus ff. illo tit. demum fit etiam hæc detentatio secundum ius ciuile in eo qui mittitur in possessionem authoritate iudicis, leg. si ex legati causa ff. de bon. auth. iud. poss. & l. si quis ante ff. de acq. poss. nam in omnibus * istis casibus 98. 97.
semper detentio specie differt à perfecta possessione & in substantia d. l. 3. §. genera possessionis & §. Quintus Mutius ff. illo tit. Pulchrè Alex. allegans hanc Bald. nostri disputationem cons. 51. incip. visis & oportunè consideratis. sub fin. vers. aliàs enim vol. 1. Vbi respondit quòd detentio * non sufficiat in interdicto vti possidetis, per clarum tex. in d. l. si duo §. creditores ff. vti possid. quò loci 99.
I.C. Vlp. decidit creditores in possessionem * rei seruandę 100.
causa missos interdicto retinendę vti non posse, & meritò quia non possident Bart. in l. stipulatio ista §. hi qui, aliàs, hæc quoq;, ff. de verb. oblig. Ioan. Andr. quem sequitur Ant. de Butr. in c. licet causam in prin. de probat. Ioan. de Imol. in l. inter pares ad fin. de re iud. Bald. in l. Solam C. de testib. Eo tamen adiecto si probetur detentatio * intel- 101.
ligitur possessio demonstrata esse, vbi aliud non probetur gl. est not. in c. pontifices 7. quæst. 1. Dd. in d. l. stipulatio ista §. hoc quoq; ff. de verb. oblig.

ET nullla possessio præsumitur iniusta, * nisi 102.
probetur vitium, putà quod possidet vi aut clam aut precariò.

ADDITIO. 174. Huius rei magna est ratio siquidem 103.
suo dominij * vel seruitutis iure, qui vsus est non etiam precariò, vel iure familiaritatis vsus esse præsumitur Specul. in tit. de homag. nu. 10. Panorm. in c. cùm Ecclesia

num.

104. num. 23. de cauſ. poſſeſ. & propr. Nam quilibet * ex potentiori cauſa poſſidere præſumitur Roman. poſt Bart. in l. Ariſto. ff. de donat. Abb. in c. ad quæſtiones, de rerum per mut. Pariſ. conſ. 75. incip. omnis difficultas nu. 6. &
105. ſeq. vol. 4. plures adducit authoritates, præſertim * ſi de poſſeſſione ſimpliciter fiat mentio, tunc in dubio intelligitur de naturali & ciuili, Felin. in c. cauſam quæ col. pen. de præſcript. Bald. in l. 2. col. fin. C. de ſer. fugit. Weſenb. in hiſce precarij terminis conſ. 18. nu. 18. verſ. & qui vſus. par. 1. hanc ſententiam multis comprobat fundamentis.
106. Quilibet enim * præſumitur actum magis gerere nomine proprio quàm alieno l. & magis ff. de ſolut. & l. Papinianus ff. mand. & per gl. in l. quædam mulier ff. de rei vend. & l. 2. C. de acq. poſſeſs.

ISta enim vitia inducunt exceptionem contra
107. interdictum, & ideo * excipiens debet probare ff. de itin. actuq; priuat. leg. 1. §. 1. per Dyn. licet gl. dicat ibi contra.

Additio. 175. Sedes huius materiæ aliquem vi, clam, vel precariò poſſidere tract. in l. 1. §. quod ait prætor
108. ff. vti poſſid. Eſtq; materia practicabilis * aurea, ſubtilis & quotidiana, vt ait Coryphęus ille Bart. ibid. cuius occaſione Maran. d. §. quòd ait prætor in tract. ſuo de remed. poſs. abſolutè perſtringit, quò loci ſequentes adpoſuit verſus:

Si precibus fundum, vel vi quis poßidet aut clam,
Partis ab aduerſæ iuribus huncq; tenet.
Sit procul edicto prætoris: ſed ſibi cauſam
Si dedit externus, vota ſecunda ferat.
Namq; fauent leges, quamuis iniuſta tenenti,
Pluſquam qui nullo poßidet illa modo.

Planum

Planum est, ei, qui possidet * ab aduersario suo vi, clam, 109.
uel precariò, non competere interdictum vti possidetis,
Secus si possidet vi, clam vel precariò, à quopiam tertio,
idipsum est, quod in relato epygrammate canitur Quomodo autem probabit reus actorem possidere ab eo, vi, clam vel precariò Bart. in d. §. quod ait prætor col. fin. tangit. Sed Marant. d. tract. de remed. possess. num. 119. Clarius dispicit nimirum, vi quem * possidere, facilis est pro- 110.
bationis: veluti si reus probet se primò illam rem possedisse, sed ea se per aduersarium spoliatū fuisse, vnde illa duo quæ in recuperandæ interdicto requiruntur, probare habet necesse. Deinde clam * aliquem possidere longè pro- 111.
batu foret difficilius. Hoc tamen eo ipso probatur, quod se antiquiorem ostenderit esse possessorem * ex quo iu- 112.
nior possessio clandestina præsumitur esse. Bart. Imol. Alex. & cæteri in l. si de eo §. fin. ff. de acq. poss. Denique aduersarium, * precariò possidere multò facilius demon- 113.
strari potest, per instrumentum concessionis precarij, vel per testes, qui apud ipsam concessionem præsentes fuêre Maranta, d. nu. 119. Veruntamen posita in facto precaria possessione, nihilominus ex iure obijci potest (Idq; per me in grauissima ac Illustri controuersia factum esse recenti memoria teneo) per concessionē * precarij, in eum 114.
qui precariò possidet, naturalem possessionem translatam esse, nisi aliud exaduerso actum ostenderetur per gl. in leg. & habet æquitatem verb. possessum ff. de precario. Idem tradit Cyn. in l. malè agitur C. de præscript. 30. an. & traditam possessionem accipimus, etiam si precariò sit l. Iul. §. possessionem antè traditam ff. de action. empti Gabriel Mudæus in l. emptorem num. 6. ff. eod. per precarium * equidem possessio probatur & dominium secund. l. 115.
quod meo & l. interdum ff. de acq. poss. Roman. in l. stipulatio hoc modo, quem refert Alex. ibi. col. 3. ff. de verb. obligat. Ad vberiorem intellectum controuersia, qua de

paulò antè, in facti quęstione, ita se habet, quòd pars diuersa domino meo principali concesserat aliquid in suo fundo facere, in quo aduersarius quandam habebat seruitu-
116. tem. Nam tunc odio * seruitutis & fauore libertatis, videbatur concedere animo seruitutis remittendæ gl. est celebris in l. si precariò per illum text. ff. com. præd. Ibi, quia
117. remittere videris: quod etiam * remissio vicem donationis sustineat, habetur in gl. l. si stillicidij verb. permisero ff. si seruit. amitt. ex quo eleganter dicimus precariam possessionem intelligi iustam leg. si seruus depositus §. 1. ff. de noxalib. & leg. quæcunque ff. de public. in rem
118. act. Vnde si quis precariò concesserit, * non ideo possidet, nec officit text. in leg. & habet §. eum qui ff. de precariò.
119. Vbi Pompon. refert. eum quoq; * qui precariò dedit, possidere, quia animo non discesserit possessione. Hoc tamen dicit ex Sabini sententia, qui duos in solidum possessores admittebat. Sed eam Sabini sententiam cæteri Iurisconsulti improbarunt, qua de re ex fundamento insignis ille Ioan. Borcholt. in d. commentarijs, de adquir. possess. cap. 6. affabrè disserit. Vnico igitur verbo istum expediundo passum: ostendimus nos possidere, cùm demonstramus nos aduersario sciente, vidente & consentiente possessionem occupasse, ex qua probatione suapte natura, sequitur illatio, non vi, non clam, non precariò quęab aduersario possidere, ita Conradus Lagus in terminis iuridicè pstringit in sua method. part. 4. cap. 13. nu. 14.

ET sic agens probat negatiuam, quæ æqui-
120. pollet affirmatiuæ, quia tantum * est illud dicere, non clam, non vi, non precariò, quantum bona fide.

121. ADDITIO. 176. Sine adminiculis * bona fides præsumitur c. sanctorum Panormit. ibid. num. 3. de præscript.

glos.

gloſ. communis verb. bona in c. ſi diligenti, de præſcript. Bart. & ibi Balbus in l. Celſus ff. de vſucap. Alciat. in reg. 3. præſumpt. 5. Iaſon. in §. ſed iſtæ nu. 99. Inſtit. de action. Eſt enim regulare vnum quemq; * bonæ fidei præſumi, 122. donec oſtendatur contrarium l. pen. C. de euiction. cui conſentaneum eſt, quod diſpicitur, in eminentiſsimis electoralibus Saxonicis conſtitutionibus part. 2. de contractibus conſtit. 3. Ibi, niſi mala fides, ne dum ex aduerſo allegetur, ſed etiam diſertè oſtendatur, atq; probetur, vt per Alciat. in 3. parte, de præſumpt. verſ. Veniamus ad præſumptionem iuris, & per conſequens, de iure etiam Saxonico malæ fidei quoque admittitur probatio, ita in Academijs, & Scabinatibus Saxonicis ſecundum iuris Canonici tenorem rectè & quidem ſanctè ſæpenumerò reſponſum fuiſſe, haud obſcurè conſtat: eò pertinent quæ infrà quoque habentur, num. 222. Huc etiam conducit quod omnes in ore habent, videlicet * bonitatis 123. præſumptionem eſſe naturæ & eſt iuris præſumptio quæ naturæ opitulatur, vt not. in leg. non eſt, in prin. ff. quod met. cauſ. & in leg. omni modo C. de in offic. teſtam. c. is qui, de ſponſalib. Archidiac. in c. de accuſator. 5. quæſt. 1. num. 5. quærit. rationem, * quod quilibet præ- 124. ſumatur bonus c. 1. de ſcrutin. & c. dudum de præſumpt. Reſpondit hominem creatum fuiſſe virtutibus plenum vnde * naturaliter homini Chriſtiano virtutes ineſſe præ- 125. ſumuntur, vt in prooem. decret. nec diſtat peccati deſtructio: quia per Sacramentū ſacri Baptiſmatis fit reparatio c. 1, §. pen. de ſumma Trinit. in quo confertur gratia c. 1. de conſecrat. diſt. 4. ideo bonus quiſq; præſumitur niſi probetur deſtructio, quia quod * ſemel verum ſemper erit 126. verum arg. l. ſiue poſsidetis C. de probat. manet ergò hæres Dei qui ſemel extitit l. ait prætor, aliàs incip. & ſi ſine §. pen. ff. de minorib. Vnde ſi probetur deſtructio * per 127. peccatū, adhuc deſtructus præſumitur, niſi per emendationē pœnitentię comprobetur refectio c. teſtimoniū de teſtib. Archid. loco vbi ſuprà.

 Nec

NEC tamen probatur in iuribus quærendis in re, quam constat alienam bona fide per iuramentum, sed per indicia, dic quòd gl. in alleg. l. 1. §. 1. de itin. actuq; pri. verum dicat, vt in corporalibus, Dyn. idem tenet & fac. leg. si præsidi in glos. C. de donat. ant. nupt.

ADDITIO. 177. Dissidium quod antea Bald. inter gl. & Dyn. in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuq; pri. esse retulit, hoc di-
128. stinctionis fœdere conciliari potest, quod * in corporalibus rebus bona fides præsumatur, & sic iura in præcedenti additione sunt accipienda, quibus iungatur Dec. cons. 266. num. 5. vbi alleg. Alex. cons. 142. incip. considera-
169. tis diligenter in prin. vol. 1. Secus * tamen statui debet in possessione rerum non corporalium, vt gl. Bart. & alij interpretes firmant in l. 2. C. de seruitut. & aqua & in l. seruitutes la grande ff. de seruitut. Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto col. fin. ff. de itin. actuq; pri. Abbas. in c. si diligenti col. 4. vers. Venio ad secundum, de præscript. Vbi Felin. & omnes Canonist. Dd. in §. æquè Instit. de action. Aretin. cons. 30. incip. viso. col. 2. Bart. in d. §. hoc interdicto, dicit in istis non corporalibus bonam fidem non præsumi nisi probetur. Idem tenet Anton. de Butr. in c. peruenit col. 7. & seq. de censibus. Nam vt quis in tali interdicto victoriam reportare valeat, necessum est quod bona fide possideat, aliàs obtinere non poterit Castr. in l. 1. col.
130. 1. C. de seruit. & aq. & eiusmodi mala * fides, ostenditur ex quasi possessione sine titulo, vt in l. fin. C. vnd. vi, & Bart. in l. Celsus ff. de vsucap. amplissimè respondit Parisius cons. 112. nu. 47. & seq. incip. si originem vol. 1. Wesenbec. cons. 18. num. 24. part. 1. multis hoc fundamentis confirmat.

Secun-

Secundo casu, quando probat vterq;, sed vnus melius altero.

Additio. 179. Hieron. à Laurentijs rectè scripsit Rot. Auenion. decis. 91. nu. 8. probationes * omnes arbitrarias esse leg. 3. §. eiusdem ff. de testib. ibi, nullo certo modo satis definiri potest §. si verò tale aliquid in Authen. de instruct. cautel. & fide. Castrens. cons. 163. lib. 1. Vnde certa regula dari non potest, quo pacto iudex ad credulitatem eorum, quæ ex facto * allegantur induci possit: plerumq; hoc fit, per testes, præsumptiones & confessiones partium tex. in c. cùm causam de probat. Hostiens. in sua summa tit. de probation. nu. 6. vers. & quot sunt, &c. dicit nouem * esse probationis species vnde versus:

131.
132.
133.

Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum,
Iurans, confessus, præsumptio, fama probabunt.

Primò notorium probatur per rei euidentiam quæ nulla tergiuersatione celari potest, vt si aliquis publicè in adulterio deprehendatur, c. si quis diacon. 50. dist. l. palam ff. de rit. nupt. Secundò per famam consentientem, c. præterea, de Testib. l. 3. ff. eod. fama, quæ alioquin sola non facit probationem, in antiquis plenè probat Innoc. in c. veniens de verb. signif. Bald. in leg. proprietatis in fin. C. de probat. Vniuersitas Francoford. ad Oderam. inter responsa Kirchouij cons. 32. num. 5. vol. 1. Tertiò per violentam præsumptionẽ: c. is qui fidem, de sponsal. & l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. Quartò per iuramenti delationem c. vlt. de iureiurand. l. manifestè ff. illo tit. Quintò per testes, tot. tit. C. ff. & extrà de testib. Sextò per scriptum hoc est Instrumentum, tot. tit. C. ff. & extrà de fid. instrum. præsertim antiqua instrumenta quæ ante 100. annos conscripta sunt, secundum communem

Dd. sententiã, Innoc. in d. c. veniens. ext. de verb. signif. Alex. & Ias. in l. cùm aliquis C. de iure deliber. Idem Ias. in repet. l. admonendi nu. 203. ff. de iureiuran. Ias. in cõs. 81. col. 2. lib. 1. Vniuersit. Francoford. in d. cons. 32. nu. 2. Septimò per confessionẽ, tot. tit. C. ext. & ff. de confes. Octauò per aspectum, id est, oculorum inspectionem c. si quis acceperit, 34. quæst. 1. c. continebatur, de desponsat. impub. & c. duo pari ibid. c. fraternitatis & c. vlt. de frigid. & malefi. vt videmus ætatem minorem per inspectionem probari l. minor 25. annis ff. de minor. Nonò probatur etiam per sculptum, videlicet per scripturas in lapidibus marmoreis positas c. sanè 24. quæst. 2. & l. 1. ff. de alb. scribend. & hoc in antiquis factis verum est, de quibus testes haberi nequeunt, nisi quò ad famam c. plures, 16. quæst. 1. l. si chorus ff. de leg. 3. per l. monumentorum C. de relig. & sumpt. funer. Bart. ibid. Cardin. Zabarel. in c. ad audientiam in 3. notab. de sponsal. Materia enim probatio-
134. nis, an aliquid * plenè sit probatum nec ne, arbitrio iudicis committitur Decis. cons. 510. nu. 1. in casu quo agitur. Paris. cons. 107. nu. 48. vol. 1. Gail obser. 94. nu. XI. lib. 2. Interea adnotandum est, quòd probatio per se inualida & non integra possit consuetudine pro legitima haberi Minsing. pulchre in c. cùm dilectus, sub fin. extra de fid. Instr. DD. in c. sicut, de probat.

135. Considerandum est, quod est istud * melius, potest esse pluribus modis, vno modo per plures vel meliores testes, vel per eos, qui præsumuntur scire melius veritatem, vt sunt vicini quibus maximè creditur in probanda possessione leg. 1. §. 1. ff. de flumin. l. dominus horreorum ff. locati.

ADDITIO. 179. Huc non minus conducit, quòd dicitur vbi maior * coniunctio, ibi potior scientiæ præsumptio existimatur. Purpurat. in l. 1. col. 15. ff. si cert. pet. l. octaui ff. vnd. cog. c. quanto de præsumpt. Port. com. opin. lib. 4. concl. 31. Vbi ad rem * nostram subdit coniunctũ vel vicinum præsumi scire morem coniuncti vel vicini Bart. disponens in coniuncto. leg. qui duos col. fin. vers. quæro, dixi quòd oportet ff. de reb. dub. & de vicino respondit Alex. cons. 36. col. 2. vol. 1. Inde fit quòd testibus vicinis magis credatur Alex. cons. 86. col. fin. vol. 2. Corn. in l. 2. Ruin. ibid. C. qui admitti. Felin. c. in nostra col. 3. de testib. Ideoque possessio magis per vicinos probatur quàm per alios Bald. in c. 1. §. si tres. de pace iuram. firman. qui etiam * de possesione notitiam habere præsumitur Corn. cons. 250. col. 1. vol. 1. Purpurat. d. l. 1. col. 12. si cert. pet. eaq; propter legalitas & bonitas melius scitur per vicinos quàm per alios Angel. in §. sancimus in fin. de testib. Purpurat. in d. l. 1. col. 12. & seq. si cert. pet. Cæterùm probatur etiam possessio * per testem deponentem, se laborasse nomine & ad instantiã alicuius, & ei respondisse de affictibus, vt per Riminal. cons. 341. nu. 4. lib. 2. & per Alex. cons. 88. nu. 20. lib. 5. Ludou. Assisien. Rota Lucens. decis. 65. nu. 2. & 3. Nec parum refert * vt testes idoneam scientiæ causam reddant in facto consistentem gl. in l. stipulatio ista §. hæc quoq; de verb. oblig. Item * vt eiusmodi scientiæ ratio per sensum corporeum in docenda possessione reddatur, iuxta Tyndarum in eleganti suo tract. de testib. cap. 5. nu. 4. per l. qui testamẽto in fin. ff. de testament. Bart. in l. solam nu. 3. & 4. Bald. ibid. nu. 1. C. de testib. Bald. in c. cùm causam nu. 10. Vbi etiam Panor. ext. de testib. & in l. data nu. 28. C. de his. qui accus. quia testium dicta necessariò concludere debent. Minsing. in c. ex tenore, vers. quòd per testes de testib. & attestation. & argumento eorum quæ respondit Boer. cons. 30. nu. 7.

136. 137. 138. 139. 140. 141.

Simi-

142. Similiter * qualitatem & modum vſurpationis oſtendere debent Pariſ. conſ. 114. nu. 19. & 20. vol. 1. Vtrum etiam
143. teſtibus * negantibus magis quàm affirmantibus credendum ſit arbitrio iudicis committitur Bart. in l. Lucius in fin. ff. de his qui not. in fam. Gram. deciſ. 34. nu. 36. & ſeq. Vbi decidit iudicem ita facere poſſe, vt ſi ex cauſa fidem adhibere ſibi videatur, tunc in fauorem alicuius non eſſe fidem adhibendam. Caſtren. poſt Bart. in d. l. Lucius gl. ibid. ff. de his qui not. infam. Sed affirmantibus magis creditur quàm negantibus Boërius. conſ. 39. nu. 15. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. caſu 90. in fin. Rota Anenion. deciſ. 33. nu. 22. per ibid. alleg.

144. ET certè tunc iuris fictione * nō dicitur probare vterq; ſed ille ſolùm qui melius probat.

145. ADDITIO. 180. Nam ille * qui meliùs probauit dicitur veritatem oſtendiſſe, & ſic iuri non eſt conſentaneū, vt vera extendantur ad ficta l. ait prætor in prin. ff. de neg.
146. geſt. & fictio * in caſu ficto non operatur, quantum veritas in caſu vero, in effectibus contrarietatem inducentibus, Bald. noſter in l. ſi is qui pro emptore nu. 29. & 30. ff. de vſucap. Rota Lucens. deciſ. 53. nu. 39. & ſeq. fictio tamen iuris ex æquitate procedit leg. denique l. nec vilem, ff. ex ff. de cauſ. maior. Gabr. Mudæ. in l. illud. quoq; num. 5. quib. pet. hæred.

147. QVia fortior probatio * minus fortem eneruat. l. ob carmen. §. ſi teſtes ff. de teſtib. l. fin. §. 1. C. de edict. Di. Adria. toll.

148. ADDITIO. 181. Si ambæ partes iuſtè & ex eadem cauſa * poſſideant, ac poſſeſſio in omnib. æqualis eſt, excepto quod vnus poſſeſſionem ſuam melioribus & validioribus

bus ostenderit probationibus, tunc is qui melius probat, obtinet Bart. & alij in sæpè d. l. si duo in pr. num. 4. vers. quandoq; vter ff. vti possidet. Felin. in c. licèt causam nu. 8. & Dec. nu. 9. de probat. Curt. sen. cons. 73. incip. magnifice vir col. 4. vers. aduertat. Socin. sen. cons. 54. nu. 13. lib. 4. & Socin. Iun. cons. 159. nu. 13. lib. 3. Barbat. cons. 25. col. 3. lib. 4. Quæ autem efficatiores sint probationes iudicis potissimùm tribuitur arbitrio l. ob carmen §. vlt. ff. de testib. & creditur validior illa probatio * quæ fit testi- 149.
bus honestioribus & dignioribus Bal. noster in l. testium. nu. 21. vers. secundò dico C. de testib. Menoch. remed. 3. de retin. poss. nu. 719. alleg. eund. Bal. in hac sua disput. vers. secundo casu. Iacob. Butrigarius, in tract. de testibus §. quibus potiùs credatur, Illis (inquit) testibus potiùs fides adhibetur, qui sunt in dignitate positi, & quanto magis in maiori, tanto fortiùs creditur, & Imperatori magis quàm præsidi & sic de cæteris l. omnes C. de testib. & l. testium §. quæ argumenta C. illo tit. Huc conferunt relata per Iacob. Gretserũ contra Eliam Hasenmuller in præfat. vers. Iubet præterea Iuris consultus. fol. 20. alleg. insignem text. in l. testium ff. de testib. Curt. sen. in tract. de testib. concl. 61. Ruin. cons. 53. nu. 6. lib. 4. respondit testes non * subditos ad probandam quasi possessionem, ante- 150.
ferri testibus subditis & Alex. cons. 88. nu. 6. lib. 5.

SEcundo modo potest vnus meliùs * probare 151.
quia probat de antiquiori possessione quę prę-ualet, cùm noua possessio pręsumatur inuasio. c. licèt causam, de proba.

ADDITIO. 182. Admodum concinnè scholares Academiæ Colonien. in sæpèd. disputat. de retinen. poss. Thesin. 17. ex iuris Canonici dispositione formarunt. Quòd

 proba-

152. probata *antiquiori possessione, posterior clandestina & & violenta præsumatur, d.c. licèt causam, de probat. Ioan. Andr. in c. sæpè de restit. spoliat. Bart. in l. 1. §. ait prætor ff. vti possid. & in l. vnic. C. eod. Dd. in l. siue autem §. si duobus ff. de publ. iudic. Nic. Bellon. cons. XI. num. 4. & num. 13. respondit, in hoc retinendæ interdicto de antiquiori possessione docens præferri debeat, & istud fundamentum sufficiens esse, ad obtinendum in possessorio, hactenus ille Curt. iun. cons. 168. col. penult. Nam anti-
153. qua possessio * præsumitur habere iustitiam permanentem, secund. Cyn. in l. si solemnibus de fideiuss. & Bald. in c. 1. §. cùm autem de contr. inuestit. sequitur Afflict. decis. 276. num. 6. in eandem condescendit sententiam Ludolph. Schraderus quond. ordinarius professor Vniuersitatis Francoford. ad Oderam, in quodã eleganti voto quod est 34. inter consilia Laurent. Kirchouij vol. 1. quo loci nu. 38. alleg. Barbat. in addit. ad Bald. c. 1. §. cùm
154. autem num. 6. de contr. inuestit. Vnde iunior * possessor dicitur attentare, quia possessor antiquior, propter iustitiam permanentem, potest iuniori exceptionē continuationis possessionis obijcere iuxta Robert. Lancellot. in tract. attentatorum part. 3. cap. 24. quæst. 20. nu. 1. vbi re-
155. missiuè. Quæ tamen possessionis * continuitas cum aliquali temporis intermissione accipi debet. bon. text. in l. Paulus respondit §. fin. & ibi not. ff. de liber caus. Quan-
156. do enim de actu * continuo loquimur, nihil refert etiamsi aliquod naturæ momentum interueniat l. continuus in prin. ff. de verbor. oblig. Vbi igitur de antiquiori pos-
157. sessione alicuius actus constiterit, * tunc actus postea gesti, dicuntur turbatiui, vt per l. quamuis §. si conductor Alex. ibid. & alij ff. de acquir. possess. Vincent. Honded. cons. 20. nu. 21. incip. contenditur. Ex quo etiam dicimus,
158. si testes de antiquiori possessione * attestentur, magis credendum ijs esse, Canonist. in d. c. licèt causam vbi

Felin.

Felin. col. 8. & seq. de probat. Bald. in l. post sententiam C. de sentent. Barbat. cons. 90. incip. Sapientissimus, lib. 4. & Dec. in l. fin. in 5. notab. C. de edict. Di. Adr. toll. sequitur Paris. cons. 107. nu. 79. vol. 1. incip. laboriosa potius. Et sic ille vincit qui se antiquiorē possessorē ostendit. Cephal. cons. 341. nu. 5. incip. causa ista lib. 3. quò loci hanc doctrinam multis firmat authoritatibus.

TErtio modo, quia in pari temporis & testium probatione, vnus probat de titulo alter nō. Nam titulus* iustificat possessionem ideoque 159. iustior præualet possessor.

ADDITIO. 182. Menoch. de retin. posses. remed. 3. nu. 733. scriptum reliquit, omnes scribentes in hanc eandem Baldi (quem occasione huius disputationis ibi allegat.) condescere sententiam Bart. in d. l. si duo in prin. nu. 4. vers. sed si vterq; ff. vti possid. post Iacob. de Aret. Butrig. & Cyn. in l. vnic. C. illo tit. Bald. noster in l. qui accusare in fin. C. de edend. & in l. ordinarij nu. 7. C. de rei vendic. Possessio tanto præsumitur iustior * esse, quanto magis à 160. proprietate causatur Bald. in l. data opera nu. 69. C. de his qui accus. Ias. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 39. de acq. possess. Ex primordio * tituli posterior formatur 161. euentus tex. in l. 1. §. fin. C. de impon. Lucrat. descript. lib. 10. Nudæ equidem possessioni titulata possessio præfertur, quia ex titulo magis iustificatur per text. in leg. si à te emero ff. si ser. vend. Cæteròquin de suo fidem * faciens 162. titulo obtinebit etiamsi pars aduersa plures habeat actus Bart. in d. l. si de eo §. fin. Castr. Alex. & Ias. ibid. de acq. possess. Bart. in d. l. naturaliter §. nihil commune nu. 1. & 3. vbi Socin. nu. 9. & Ias. 37. ac nouissimè Ioan. Bolognet. nu. 17. ff. illo tit. quam doctrinam circa alia coadiuuantia in arduo litigio primos obtinuisse recubitus signanter

nanter mihi conſpicuum habeo Interim quæritur (idq; memoratú dignum.) An quis in poſſeſſorio vti duplici poſſit titulo? & deciditur quod ſic c. poſt electionem de conceſs. præbend. & ibi Panormit. c. cùm perſonæ de priuil. lib. 6. Secus verò in dominio vel petitorio l. poſſideri §. ex pluribus ff. de acq. poſs. & c. inter dilectos, de fid. inſtrum. Franc. Marc. parlam. Delphinat. deciſ. 494. nu. 1. 10. & 15. part. 1. Roman. conſ. 350. & Franc. Marc. deciſ. 1001. d. part. 1. & 1375. nu. 1. 2. & 3. ead. patt. 1. Quòd in præfata magni ponderis lite circa petitorij expenſionem ab aduocatis vtrinq; diligentiſſimè obſeruatum iri, neutiquam diffidendum, litigatores equidem ſunt valdè potentes, eò minus viri conſultiſſimi liberali manu dimittentur irremunerati, nec imeritò, quia nō infima manus in eiuſmodi paſſum, quo cum operis noui nunciationis materia partim concurrere videtur, collocanda erit. Habeo etiam iſtius nunciationis edicti negocium ſub exaratione. Id ſanè interdicto, quod vi aut clam, pariterq; vti poſſidetis iudicio, multis paſſibus conſentaneum eſt. Cuius tamen natura, ſi accuratè veterum interprecationes expendantut, ab illis interdictis ſubtiliter ſecerni poterit, tantòque minus difficilem huiuſmodi materiam, circa munus patrocinandi magno partium incommodo, & ne dixerim irrecuperabili earum damno, intelligemur confundere. Hæc qui poteſt capere, capiat, quæ paucis generaliter ſic cupio adiecta.

163. ET ideo articuli de proprietate * vel titulo non ſunt impertinentes, cùm patrocinentur valdè l. incerti C. de interdict. per Iacob. Bütr. in lect. vbi videas omnino.

ADDITIO. 184. Ornatiſſimi ſcholares apud Aggrippinenſes in ſæped. diſputat. de retinen. poſſeſs. Theſi. 21. dubi-

dubitant, vtrum* exceptio dominij obijci possit, sed nega- 164.
tiuam per insignes, (vt verũ fatear) authores conantur de-
fendere, qui referuntur per Menoch. etiã ab ipsis scholari-
b⁹ probè citatũ, de retin. possess. remed. 3. nu. 671. & seq. vbi
nu. 675. idem scribit Bart. in hoc conflictu parũ sibi con-
stantem esse, in l. si de vi §. vlt. ff. de iudic. & in d. l. natu-
raliter §. nihil commune nu. 2. & iu d. l. si de eo §. fin. de
acquir. possess. & idem Menoch. d. nu. 675. quinq; ponit
rationes, non leues, quibus negatiuam nititur tueri, &
plerasq; doctorũ distinctiones ad conciliandas opiniones
more suo diligenter adposuit, Demum nu. 681. aliquot
casus ex ordine declarando subiunxit, in quibus Bart. &
aliorum sententia vtpotè negatiua non procedit, quorũ
tertia illius declaratio à iure incorporali haud quaquam
aliena esse videtur. Quod * nimirum in beneficialibus, 165.
exceptio defectus tituli, qui ad colorandam possessionem
exhibetur contra vti possidetis interdicto agentem obijci
possit Fran. Ripa. lib. 2. respons. cap. vlt. ex doctrina Ab-
batis in c. audita querela in 1. notabili, de restit. spol. idem
tenet Virgil. Boccatius, olim in alma vrbe dominus & pa-
tronus meus, in tract. de interdict. vti possid. cap. 10. nu.
16. Quinimò iuris est alioquin non in celebris, id etiam
in practica notanter obseruatum fuisse, memini, Iura in
corporalia * sine titulo possideri non posse, aliàs præsumi- 166.
tur precaria possessio, nisi titulus exhibeatur, Faber in §.
retinendæ, nu. 4. vers. & ideo non videtur Instit. de interd.
Et titul⁹ neq; ex possessione, neq; ex præscriptione diutur-
na præsumitur nisi & allegetur atque probetur, quẽ fuisse
in possessione illa & exercuisse tales actus vigore illius ti-
tuli Bart. & Salic. in l. cùm de in rẽ verso ff. de vsur. Salic.
& Alex. in l. si certis annis, C. de pactis Rom. & Ias. l. in alie-
no in princ. ff. de adquir. hæred. Bertrand. cons. 296. vol.
3. plura & insignia iuris fundamenta, adducuntur per V-
niuersitatem Francoford. ad Oderam, inter responsa Kir-

 chouij

chouij conſ. 32.nu. 15. cum ſeq. vol. 1. Et memori mente adhuc teneo, in quaſi poſſeſſione meri imperij magnū iuſti & legitimi tituli reſpectum fuiſſe habitum, cùm poſſeſſio vel quaſi iurisdictionis ſine legitimo titulo acquiri nequeat, ita conſuluit. Alciat. reſponſ. 408. nu. 7. Natta
167. conſ. 289. num. 12. lib. 2. & iſto reſpectu * in hoc retinendæ interdicto, articuli ſuper dominio recipi & admitti debent gloſ. in verb. titulum & per eum text. vbi Canoniſt. communiter, præſertim Felin. nu. 33. in d. c. licèt cauſam de probat. Weſenb. d. conſ. 18. nu. 12. verſ. ex tit. præcedente, multa in hanc affirmatiuam congeſſit iura, addens quòd contra titulo poſſidentem, difficulter poſſeſſoria (ſed de recuperanda poſſeſſione maximè ambigitur) valeant, Alex. conſ. 91. incip. in cauſa. nu. 3. verſ. præterea magis communis eſt contra Bart. vol. 5. Dec. conſ. 253. incip. agitur, nu. 34. Socin. iun. in l. naturaliter §. nihil commune, nu. 80. 89. & 116. de acq. poſ. obſtante his tituli (qui ex actis apparet) exceptione gloſ. Bart. Caſtr. & communiter Dd. in d. l. ſi de eo §. fin. de acquir. poſ. His
168. de cauſis liquet * titulatam poſſeſſionem præferri, vt magis iuſtificatam Bald. in d. l. qui accuſare in vlt. notab. C. de edend. Euerhard. Mechlin. conſ. 175. nu. 3. & 4. Curt. conſ. 24. incip. ſuper. nu. 3. Gail. obſer. 22. num. 9. & 10. lib. ſingul. de pignorat. relatam opinionem affirmatiuam multis firmat & præciſè ex gloſ. in c. cùm dilectus verb. præualere, de cauſ. poſ. & propr. quòd ſemper proprietas
169. tanquam dignior * trahat ad ſe poſſeſſionem, vt ſequatur dominium, quia iuſtior eſt petitio proprietatis, text. in l. bona fides §. 1. ff. depoſit. per multa ſuperiùs aliàs congeſta, & inferiùs fortè habenda.

170. NIſi eſſet titulus, * quæſitus poſt poſſeſſionē aduerſarij, quem credo non patrocinari quærenti arg. l. ſi fundum ff. de fun. dot.

ADDI-

ADDITIO. 185. Ex prædictis clarum * fit satis præcedentem titulum, id excusare quòd clam gestum est, Fran. Aretin. in l. ciuile est C. de furt. Inde consequitur quòd titulus post aduersarij possessionem quæsitus non releuet quærentem. Idem scribit Natta cons. 419. incip. in præsenti quò loci nu. 9. vol. 2. ad confirmationem huius doctrinæ istam Baldi nostri alleg. disputationem, per d. l. si fundum ff. de fund. dotal. & in hanc sententiam pulchrè condescendit Petr. Anchoran. cons. 297. incip. Efficacibus nu. 4. & seq. respondens, quòd posterior titulus causam & Originem ab infecta radice trahat. Idem Anchor. cons. 188. num. 5. Sicubi enim titulus * appareat contra ius. Ideoq; possessio tanquam accessoria non patrocinatur quærenti iuxta c. accessorium de reg. iur. lib. 6. Guid. pap. cons. 144. nu. 1. in fin. incip. circa processum. Nec titulum ante aduersarij possessionem quæsitum * esse præsumi debebit, eò quod facti sit & illud non præsumitur l. quæcunq; §. fin. ff. de public. Euerhard. Mechl. cons. 77. nu. 7. per rationem ibi adductam.

171.

172.

173.

ALlàs de facili quis * supponeret quendam à quo emeret & fingeret se titulo possidere, & vid. quod in simili notatur in l. cogi per doct. C. de petit. hæred. 174.

ADDITIO. 186. Non datur locus * fictioni vbi veritas non potest locum habere. Bart. in l. si is qui pro emptore, vbi alij ff. de vsucap. Nam si aduersarius iam antè possidet impossibile est secundum veritatem duos insolidum eandem rem possidere, vulg. leg. si vt certo §. si duobus vehiculum ff. commod. Cardinal. in Clem. quod circa de elect. ex quo sequitur fictioni minimè locum esse, Inde dicunt Compostel. Panormit. & Dd. in c. 2. de consuetud. 175.

176. suetud, quòd licèt aspectu * & verbis, transferatur possessio, vbi quis est in conspectu rei. leg. quod meo ff. de adq. possess. tamen hoc fallit quando alius erat in possessione. Nicol. Euerh. cons. 143. num. 6.

177. IMo videtur certè talis titulus * nocere, quia sibi mutat causam possessionis, l. quædam mulier, de rei vendic.

178. ADDITIO. 187. Ex quo luculenter fit clarum * per causam possessionis, titulum quoque possessionis intelligi, vnde respondit Iuris consultus in leg. non solum §. quod vulgò ff. de vsucap. & vsurp. & in leg. 2. §. quod vul-
179. gò ff. pro hærede deciditur neminem * sibi causam possessionis mutare posse & in l. 3. §. illud quoq; ff. de acq. poss. & l. cùm nemo C. illo tit. & hanc doctrinam in arduo litigio (cùm videlicet, in rebus incorporalibus de titulo quæreretur) practicatum esse scio, vbi altera partium diuersos
180. titulos ostenderat. Sed nouã * causam extrinsecus superuenisse nequaquam docuerat, ita intelligitur responsum Romani cons. 113. nu. 2. Sin autem pars illa, quæ tot exhibuit titulos, vitiosam suam possessionẽ dimisisset & ex
181. noua causa eiusdem * rei possessionem iterum adepta fuisset, tali casu minimè intelligeretur sibi possessionis causam mutare l. qui bona fide ff. de acq. possess. Sed quò minùs tale quid ex actis patebat esse subsecutum, fuit decisum causam possessionis suæ mutare sibi non licuisse, quò fac. Minsing. obser. 29. post. med. vers. Imo tale tempus cent. 4.

ET sic ista est noua possessio, quæ succumberet vetustiori possessioni aduersarij.

ADDITIO. 188. Licèt difficile appareat probatu, quẽ
182. clam possidere * attamen iunior possessio dicitur eo ipso clan-

clandestina esse quod nō ostendit se ab alio possidere per Bart. in leg. 1. §. quod ait prætor ff. vti possid. & alibi not. idem Bart. per Imol. Alex. & Dd. in l. si de eo §. fin. ff. de acq. possess. Vnde quilibet incipiens aduocatus in eo (quod mihi sæpiùs à plerisq; famosis minimè consideratū fuisse ex actis occurrit) se præbeat oculatum, semperq; studeat capitulari, * quòd aduersarius possideat clam respectu suæ possessionis, secund. Bart. Imol. & Alex. in d. l. si de eo §. fin. de acq. poss. Abb. & Felin. in suprad. c. licèt causam, de probat. Quæ practica summè extollitur apud Rotam. Lucensem, decis. 65. num. 27. adducendo Cacheran. Senat. Pedemont. decis. 93. nu. 3. quò loci decidit, si minus articuletur, quod aduersarius respectu vetustioris possessionis clam possideat * tunc non articulando succumberet actor secundum Alex. cons. 118. num. 2. vol. 2. Socin. in l. rem quæ nobis col. 7. in fin. de acq. possess. Ratio decidendi est, ex quo aduersarius propter antiquiorē possessionem habeat plus iuris, * quia impunè eum turbare potest. Nam contra * iustè turbantem cessat retinendæ interdictum Abb. in d. c. audita, col. 3. de restit. spoliat. Restat decidere * eum ante reliquos triumphare, qui possessionem probauerit antiquiorem c. vlt. de restit. spoliat. & possessio alterius præsumitur esse vitiòsa Bald. in l. pen. ad fin. nu. 15. C. si à non compet. iud. Alex. cons. 6. nu. 5. vol. 3.

181. 184. 185. 186. 187.

QVarto modo potest vnus * melius probare quàm alius, quia probo me possidere bona fide, te verò mala, quia vim intulisti alij, licèt non mihi. 188.

ADDITIO. 189. Virgil. de Boccatijs in d. tract. de retinend. possess. cap. 10. nu. 9. scriptum reliquit eum * in conflictu opinionum vincere debere, qui bonam fidem 189.

probauit Rebuff. super concordat, in tit. de annatis in gl. possessionem vers. septimò. Et is habet bonam fidem, qui docet de titulo. Faber in §. retinendæ nú. 29. Instit. de in-
190. terdict. vers. item habet, nam iniusta * possessio neq; ius tribuit neq; actionem bon. tex. in l. pen. & fin. ff. de publ. & in hanc sententiã conueniunt omnes scribentes Euerhard. Mechlin. cons. 175. incip. secundum casum nu. 14.
191. Cacheran. suprà citata. decis. 93. nu. 5. scripsit * contra bona fide possidentem, non dari aliquod possessorium remedium. Sed agendum esse petitorio, Imol. in d. l. rem quæ nobis, vbi simpliciter cum Bart. & Castr. transit, de acquir. possess. Angel. ibid. & in leg. siue autem §. si duobus vers. & per hanc literam ff. de public. Porrò is bona fi-
192. de possidere dicitur, * qui à non domino possidet, cùm tamen dominum crederet eum esse, ita bonæ fidei possessorem Imper. Iustinianus definit, Instit. tit. de vsucapion. & long. temp. præscr. secutus dispositionem text. in leg. bonæ fidei emptor, de verb. signif. leg. vlt. ff. pro empt. leg. qui à quolibet ff. de contrah. empt. Ista quomodo accipienda sint, videatur Iohan. Borcholt. in suo eleg. tract. de adquir. possess. cap. 2. de secunda possessionis
193. diuisione, vbi num. 3. tradit. creditorem * qui pignus accepit bona fide possidere, & tamen scit rem alienam esse l. debitor §. fin. ff. de pignorat. act. l. cùm & sortis §. vlt. ff. eod. l. 3. §. fin. ff. ad exhiben. & l. per seruum ff. de acq. rer. domin. & nihilominus iustè possidet l. si seruus depositus §. 1. ff. de noxalib. act. & l. quæcunq; ff. de publ. in rem act. Idem Borcholt. de cap. 2. de prima possessionis diuisione
194. nu. 2. Ast vbi possessio est contra ius * præsumitur mala fides c. qui contra iura, de reg. iur. in 6. & l. bona fides ff. illo tit. Franc. Ripa in c. cùm Ecclesia nu. 94. de caus. possess. & propr. Eò id maximè in iuribus incorporalibus ad-
195. seuerandum, quibus * stante mala fide vllo tempore nunquam currit præscriptio, vt firmant gl. Bart. & omnes Dd. in l. 2. C. de seruit. & aqua. Nec in rebus incorporalibus

bona

bona fides præsumitur nisi probetur Bart. in sæpè fata l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuq; priuato Faber in §. æquè Instit. de action. col. 7. & 8. vers. Sed quæritur Paris. cons. 112. nu. 48. lib. 1. Hic quæri posset, vtrum præscriptio statutaria cum mala fide obtineat, de Iure Saxonico, quidã volunt quod sic. Zobell. ad Ius Saxon. arr. 29. lib. 1. per Bart. in l. sequitur §. viam ff. de vsucap. vbi eiusmodi statutum valere docet, quod scilicet debitor contra negligentem creditorem posset præcribere cum mala fide. Attamen tota cohors iuris peritorum hanc Bartoli opinionem improbat, iuxta alleg. per Petr. Aduen. in fallent. reg. 6. Nam Bart. sibi contrarius in l. omnes populi quæst. 2. indistinctè concludit, tale statutum non valere per rationẽ tex. in c. fin. de præscript. diffusè Iacob. de porta quæst. 45. lib. 1. quò loci concludit communem esse non valere: addens quatuor limitationes, in eam quoque condescendit sententiam Minsing. obser. 6. cent. 4. per aliquot ibid. præiudicia. Alex. in l. cùm aliquis C. de iure deliberand. sequitur Couaru. in c. possessor §. 8. nu. 4. cuiusmodi rei ratio esse potest quod tale statutum, intelligatur esse peccati nutritiuum, per ea quæ alibi ex doctissimi pariter ac diligentisimi Modest. Pistoris annotat. ad dict. art. 29. iuris Saxonici lib. 1. laudabiliter adducuntur. Sed quò in huiusmodi interdicto quis victoriam * reportare valeat, necessum est vt bona fide possideat, & tunc in præscribendis * iuribus incorporatis, domini scientia vsque adeo non requiritur, per ea quæ confirmant optimi studiosi Marpurgen. in Synopsi iuris controuersi Præsidente secundo illo Papyrio (apud. Pompon. in l. 2. de Orig. Iuris) pulchrè disputata, & consultisimo iuxta ac dignissimo alteri Caio Scipioni (quo de apud eund. Pompon. d. loco) merito iure consecrata, ibid. in quæst. 87. & Petr. Costald. in l. quoties via sub fin. inquit. ex interpretibus non deesse qui indistinctè scientiam in præscriptionibus non

196.

197.

requiri affirment Bart. ibid. ff. de seruit. & longa ual. in l. imperium ff. de iurisd. om. iudic. Quamuis scientia non præsumatur tamen coniecturis probari potest, per doctrinam Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres in 3. quæst. ff. de verb. oblig. Vbi Crotus, Socin. Iun. cons. 116. nu. 42. vol. 1. Crauet. cons. 193. nu. 6. Decius cons. 267. nu. 2. vers. sed vlterius. Ioseph. ab Assisio Perusina, decis. 19. nu. 17. per multa ibid. citata Ias. in l. si per errorem. col. 3. in fin. ff. de iurisd. om. iudic. Matthæus Leymannus in erudissi-
198. ma Defens. Honoldina, num. 518. Sin verò * possessor sit malæ fidei, obtinere non poterit, Paul. Castr. in l. 1. col. 1. C. de seruitut. & aq. Canonist. in c. si diligenti de præscript. Alex. cons. 69. col. 2. vol. 3. Curt. cons. 24. incip. super eo. col. 2. vers. & ad istud & vers. & sic sunt in mala fide.

NAM licèt si non possideres, præualeres tamen.

ADDITIO. 190. Adeò vt si quis prior per constitutum
199. possideret * nihilominus secundo actualem possessionē
200. habenti, præferri debebit, quia possessio * per constitutum est vera licèt modus sit fictus iuxta Bart. & scribentes communiter in l. ab emptione col. fin. ff. de pact. Ias. in l. quoties C. de rei vendicat. Deci. in l. contractus ff. de reg. iur. sequitur Franc. Viuius com. opin. conclus. 232. lib. 2. Et ratio decidendi sumi potest ex l. quoties C. de rei ven-
201. dic. Vbi disponitur * si res duobus sit vendita, eum, qui in possessione est, præferri, Bal. in l. senatus ante fin. C. qui accusar. Bart. & Alex. in l. sepulchri violati ff. de sepulchro viol. Quæ tamen traditio fallit in feud. quia si primò ali-
202. quid in feudum * sit datum, & postea idipsum alteri, qui possessionem apprehendat concedatur, ea possessione nō officiente primus admittitur, id multis confirmat Lud. Rom. cons. 70. incip. viso themate col. 2. Sicubi autem
203. vasallus * duobus vendidisset & secundo prius possessionem

nem consignasset, dicendum, quod si priori cum domini consensu vendiderit, is præferretur alteri; cui facta est traditio, etiamsi dominus venditioni secundæ consentiret arg. l. quotiescunq; §. qui Caium ff. de legat. 1. & ita tenet Bulga. in c. si facta. Si de feudo fuer. contr. Quò circa etiam (hoc ipsum in terminis quandoq; mihi contigit) tenendum. Si res personę* priuilegiatæ, velut, minori, vi- 204.
duæ aut Ecclesiæ, primò esset vendita etiamsi emptori secundo facta esset traditio, quia tunc præfertur ipsa persona priuilegiata, ita notabiliter sentit gl. in l. siue autē §. si duobus Bart. & alij ibid. ff. de publicia, & idem tenuit gl. cum Bart. in l. fin. C. de sacros. Eccles. Idem in pauperibus decidit Bald. in d. l. siue autem §. si duobus, vbi quoque Angel. idem sequitur.

SEcus tamen cùm iustiùs* possideo, quia pos- 205.
sessio par in facto, sed magis iustificata in iure præualet.

Additio. 191. Suprà in §. 7. nu. 104. & 107. & 110. nec non in §. 8. nu. 10. & nu. XI. spinosam hanc tetigimus quæstionem, an possessio facti vel iuris esse dicatur, quibus opinionē summæ Syluestrinæ aliorumq; pro huiusmodi quæstionis complemento iungendam fore duxi. Docet itaq; Syluester in d. summa part. 2. verb. possessio. quod * possidere dicatur quis de iure tantum, & de facto 206.
tantum, & vtroq; modo c. cum nostris, de concess. præb. Et de iure dicitur possidere quis primò naturaliter, vt cùm est in re vel eius parte vel saltem videt rem in suo cōspectu vel partem eius secund. Azonem in summa. Hoc ad maiorem rei perspicuitatem memori tenendum mente, si in contractu inutili non interueniat actus facti, id est realis traditio, sed iuris tantum, an transferatur possessio. Nam cùm ea translatio sit iuris & non facti, potest ab

ipso iure impediri pulchro argumento à contrario sensu in l. 1. §. si vir vxori ff. de adq. poss. Castr. ibid. ante fin. Alex. col. 3. Socin. col. 2. Castrens. cons. 193. incip. super isto puncto. vers. Et quòd post mortem sub nu. 2. lib. 2. respõdit fictam traditionẽ nihil operari quia procedit contractus à iure reprobatus, & sic non legitima causa & ita determinasse Argentinum filium Rayneri Foroliuiensis in publica disputatione per gl. quæ id videtur voluisse in l. quod meo ff. de adq. poss. & post eam Iac. Aret. possessionem quæ iuris ministerio quæritur scilicet per constitutũ siue precarium, vel per vsus fructus retentionem vel aliàs non quæri ex inutili contractu & causa illegitima. Et sic idem Iacob. Aret. intelligit d. l. 1. §. si vir vxori ff. illo tit. Castren. cons. 453. incip. ad euidentiam vol. 1. per alleg. iura, quib. add. tex. in. l. si aliquam rem, de adq. poss. Tiraq. Tom. 4. in tractatu de iure constituti possessorij part. 3. limit. 7. nu. 14. Sed Lud. Gomes. super reg. Cancellariæ Apostolicæ, in reg. de non tollen. iure quæsito in 5. quæst. vers. sed prædictis non obstantib. post multa verba possessionem simpliciter esse iuris adnotauit per c. dilecto, de verbor. signif. ibid. apertè probari, quod ex possessio-
107. ne * ius acquiratur, adeò quod sicut non est intentionis Papæ alicui ius tollere, ita neq; eidem possessionem aufer-
108. re, quia possessio acquisita * nihil aliud est quàm ius, vt in l. peregrè ff. de acq. poss. & in l. si quis ad se fundum ibi, possessionis iura reparantur C. ad leg. Iul. de vi, per quem tex. voluit post Innoc. ibi Bald. in c. Episcopi, de reb. Eccles. non alie. per illa verba iudici directa, videlicet, studeas ad ius & proprietatem Ecclesiæ reuocare, &c. Hactenus ille Gomes. Ioan. Bolognet. in l. 1. nu. 113. ff. de acq. poss. hanc quæstionem ad hoc reducit, vtrum possessio quantum ad principalem substantiam sit iuris & factum interueniat in consequentiam & pro adminiculo, vel ècontrariò, vtrũ possessio in principali substantia sit facti,

& con-

& consistat in operatione animi, & ius veniat in consequentiam adminiculando. Et in summa an possessio * sit ius insistendi, vel potius dicatur ipsa insistentia vel animi operatio quæ benè (sicut idem Bolog. admonet) firma in capite tuo, antequam incipias disputare. Illud thema abs eodem prolixa deducitur serie, & possessionem (ni fallor) magis facti esse quàm iuris tandem cōcludit, quòd etiam à crebriore stylo minus alienū esse alibi diximus, & huic sententiæ congruit, Ripa in d. l. naturaliter §. nihil commune nu. 24. de acquir. possess. docet possessionem prout est in fieri, & in acquisitione facti esse l. 1. §. si vir vxori ff. eod. Quòd etiam possessio dicatur esse ius text. in d. l. peregrè l. possessio & l. cùm hæredes ff. illo tit. hæc Iura de possessione in esse iam producta sunt accipienda, & ista (eodem Ripa teste) ad multa seruire, quæ habentur apud apud eundem in tit. de caus. poss. & propr. vbi nu. 3. octo diuersa iura * enumerat, quibus possessio facti esse proba- 210. tur. Sed mox. nu. 4. totidem recenset textus, disertè possessionem iuris quoq; dici ostendunt. Post modum nu. 7. conciliationis fœdere subijcit si quis reperiat aliqua iura, quæ velint possessionem in esse productam censeri facti. Respondendum quod loquantur inspecta origine * ac- 211. quisitionis, vel medio retentionis. Sin autem reperiantur iura, quæ velint possessionem * respectu apprehensio- 212. nis vel retentionis esse iuris, dicendum ea disponere in casibus, quibus iuris ministerio, sine aliquo corpore vel animo acquirentis proprio, possessio acquiratur. Et isthæc conciliatio eiusmodi controuersorum iurium per d. Ripam supradicto loco multis declaratur. Eiusdem mentis intelligitur esse Iason. in l. 1. §. adipiscimur, nu. 13. ff. de adquir. possess quò loci scriptum reliquit, possessionis acquisitionem esse facti non iuris, intelligit quò ad actum & modum acquirendi, & sic vt in esse producitur fac. l. deniq; & ibi subtiliter Bart. ff. ex quib. caus. maior & l. 1. §.

Scæuo-

Scæuola ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. Sed ipsa possessio postquàm est acquisita dicitur esse ius d. l. peregrè in prin. ff. de adq. possess. Ias. Latè in d. l. 1. super gl. 1. ff. eod. Et quod facti sit, quantum ad acquisitionem pertinet, satis ostenditur ex eod. Iasone in l. quòd dicitur nu. 16. ff. de verb. obl. vbi probatur quòd patri per filium possessio acquiratur, & sic alteri sit communicabilis d. l. 1. §. item acquirimus & §. si vir ff. de acq. poss.

QVinto modo meliùs probat is cui non resistit ius commune; quàm is cuius possessio est sine titulo à iure contradicta, nam agens contra * ius constitutionis non auditur, vt in c. ad decimas, de restitut. spoliat. lib. 6.

213.

ADDITIO. 192. Hic paucis ea non importunè referenda arbitror, quæ nimirum spectabilissimus DN. Marcus Velserus in luculenta sua antiquitatum vrbis Augustanæ descriptione, inter vetustorum aliquot scriptorum testimonia post S. Hilariæ & Sociorum passionem adposuit, quò loci quoddam Imp. Iustiniani subnexit rescriptum, vbi circa finem hæc dicantur verba. Omnes enim qui ab initio per vim possidendo iniqua faciunt fundamenta, per vsum temporis non æquam adquirunt possessionem, nec & hi qui ab eis actionem habent, nolumusq; eosdem occupatores vlla præscriptione iuuari, quamuis longissimi temporis, cui omninò derogamus ac plenitudine potestatis nostræ derogatum esse volumus, hactenus idem ille, fol. 138. Quibus probabiliter conuenit, Traditio Ant. Capyc. decis. 209. Incip. in causa Sacri Monasterij, &c. nu. 5. decidit, quod * agens vti possidetis debeat succumbere, si agat contra illum, qui est fundatus de iure communi, nisi probet titulum & magna secund. Ioan. Fabr.

214.

Fabr. in §. retinendę col. 13. Instit. de interd. est ratio, quia cùm quis de iure communi sit fundatus, inde constat de iure ipsius proprietario, idcirco non debet * fieri execu- 215.
tio in possessione c. cùm dilectus de caus. possess. & propr. Nam duobus in iudicio militantibus, ille obtinebit qui potiora allegat iura, * quia fortius vincit ius debilius §. 1. 216.
Authen. vt fratr. filij col. 6. sequitur subtilis & antiquus ille iuris vindex Petr. de bellaper. in l. fin. num. 5. C. de de edicto Di. Adr. tollend. Add. Natta. cons. 649. nu. 14. & seq. vol. 4. Vbi respondit qualitatem possessionis facere vnam probationē alteri praeualere, & tanto iustior & potior est possessio, quanto magis à proprietate causatur, per alleg. ibid. Id quoque obtinet in eo qui alioquin leuem pro se habet praesumptionem per tex. & gl. in l. si duo patroni verb. fidei & ibi not. Bart. ff. de iureiurand. sequitur Iaffred. decis. 12. incip. paribus. Ea enim * cui ius adsistit 217.
probatio est efficacior, quàm sit illa, cui lex resistit Ias. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 38. de adq. poss. & firmationis loco Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nu. 722. adducit hanc Baldi disputationem. Iuris praesumptio militat contra possidentem, & per consequens nihil prodest quasi possessio, cùm enim sit contraria iuri communi, non praesumitur legitima nisi titulus producatur Cyn. in l. si aquam nu. 4. C. de seruit. & aqua, vbi trad. in vers. Quartò quaeritur. quando aliquis possidet quippiam, quod est contra ius commune, quodq; à principio nō potuit esse tale, tunc possessio non releuat ab onere probandi eò spectat quod reb⁹ praesumptio libertatis originarię competat, sed nō personis, quę possunt nasci tam seruę quàm liberae, ob id nulla praesumptione libertatis fulciuntur, sed iudicantur secundū statum praesentem in quo reperiuntur, vt inquit gl. in l. circa eum ff. de probat. Cyn. in d. l si aquam, C de ser. & aqua. ita refert & sequitur Fuluius Pacian⁹ in Tract. cui incumbat onus probandi, lib. 2.

cap. 20. nu. 9. Vbi hoc insigniter ostendit suo more. Præ-
218. sertim si res ita sint qualificatæ vt sine titulo * possideri
nequeant, veluti si Laicus adserat se possidere decimas,
vel si Abbas contendat se habere quasi possessionem iuri-
um Episcopalium, aut si quis dicat se quasi possessionem
iurisdictionis habere, intra fines territorij baronis, vel
219. principis. Si enim * aduersus eum qui dominus est agit ti-
tulum probare debet, Ioan. Faber. ita declarat d. §. retinen-
dæ nu. 4. & 31. vers. item nota. Rebuff. in constitut. Galliæ
Tom. 3. tit de mater. possess. art. 8. gl. 1. nu. 5. Menoch. d.
220. remed 3. nu. 591 Exinde quoq; fit quòd testibus, * qui præ-
sumptione meliùs sunt informati, magis adhibeatur fi-
des quàm cæteris, non ita informatis c. quoties de testib.
gl. in c. si de offic. Archid. Alex. cons. 10. col. pen. vol. 6.
Bald. in c. 1 §. si res, de pace tenend. Philip. Port. com. opin.
conclus. 29. Quid multa? In omnibus enim casibus, in
quibus possessio vel quasi non releuat ab onere probandi
possessorē titulum suæ possessionis quemq; docere opor-
tet, Fuluius Pacianus, in d. tract. suo de probationib. lib. 1.
cap. 61. nu. 47. Nec sufficiet vsucapio quæ aliàs naturali
æquitati contraria reperitur gl. in l 1 ff de vsucap. in verb.
bono publico, per l. nam hoc natura ff. de condict. indeb.
& in l. 1. in fin. ff. neg. gest. Bart. Blarerus, ad l. diffamari,
cap. 12. nu. 6. vers. etsi verò. Quò tamen loci vsucapionē,
ne rerū diu & ferè semper incerta dominia essent, admitti
non ineleganter confirmat, per eum suo ex more insig-
niter ibid. allegata.

221. Contradictio enim iuris * & de iure, exclu-
dit tam petitorium quàm possessoriū fac. not.
in c. si constitutis Innoc. ibid. de filijs presb.

ADDITIO 193. Eò spectare videtur quòd possessio-
222. nis * probatio non sufficit in decisorijs petitorij iudicij

ſed tituli quoq; demonſtratio requiritur. Petr. Cyn. Bald. Aberic. & Salic. in l. non ignorat C. qui accuſ. Cyn. Bart. & Bald. in l. non nudis C. de probat. & Iaſ. in l. neq; poſſeſſio C. de teſtam. Huic conuenit, quòd * præſumptiones 223.
iuris dicantur liquidiſſimę probationes l. licet Imperator, de legat. 1. l. ſi quis locuples in fin. ff. de manumiſs. teſt. c. 1. vbi Abbas. de cler. non reſident, & ſic nemo iura poſſidere poteſt, niſi verò habeat iura, vnde ille qui præſcribit ſeruitutem, * interim benè eſt in quaſi poſſeſſione ſerui- 224.
tutis, prout ſignificat factum, id eſt, quoddam ire & agere vel ſimilia, leg. 2. ff. ſi ſeruit. vend. Sed non eſt adhuc * in 225.
quaſi poſſeſſione iuris ſeruitutis, niſi poſtquàm præſcripſerit. Et hanc ipſam eſſe veritatem reſpondit Bald. conſ. 251. vol. 5. incip. ſententia quam tulimus ſub fin. addit, quòd non eſt, non poteſt poſſideri vel quaſi, vltra prædicta ſciendum iuris * præſumptionē ita efficacem eſſe, vt ſi 226.
ſtatutum requirat inſtrumentalem probationem, tunc iuris præſumptiones ſufficere, per not. Bald. in l. 1. col. 6. verſ. quæro quid ſi ſtatutum C. de fideicom: quem ſequitur Decius conſ. 54. nu. 3. verſ. nam etſi, &c.

TERtio caſu quando * vterque de titulo & 227.
poſſeſſione probat, hic incertum eſt quis poſſideat.

ADDITIO. 194. Prudentiſſimus ſimul ac doctiſſimus ille Anton. Teſſaurus Senat. Pedemont. deciſ. 206. eruditè ſcripſit, ſi dubium eueniat vtra partium melius poſſeſſionem ſuam probarit, quod tunc res in difficili ſit, quomodo iudex pronunciare debeat, quia in hoc remedio vti poſſidetis vterque eſt actor & vterq; eſt reus Bart. in l. vnic. nu. 8. verſ. ratio quæ C. vti poſſid. vterq; enim * di- 228.
cit ſe turbari in ſua poſſeſſione, vterq; petit vetari vim fieri. Certè iſte caſus torquet iudices & in hoc variæ ſunt for-

mæ ſententiarum, à Doctoribus præfixæ. Aliqui enim dicunt iudicem debere manutenere potentiorem, ita enim fiet vt debilior acquieſcat, & non deueniant ad arma. Sed hæc ſententia (inquit idem Teſſaurus pulchrè d. loco nu.
229. 2.) eſſet ſuperflua, quia * potentior per ſe illã ſatis proferret, iux. Cæpoll. caut. 100. & carmen illud antiquum Ennij, à Cicerone in prin. officiorum relatum.

Non ex iure manu conſertum ſed mage ferro
Rem repetunt, regnumq́ petunt, vadunt ſolida vi.

Alij adfirmant contrarium, voluntq; debiliorem eſſe
230. manutenendum. Quippe iudici * conuenit infirmiores tueri à potentiorum ſuppreſſionibus, ſed hoc eſt contra illud quod dicitur, pauperis quoq; in iudicio non miſereberis, neque enim perſonarum acceptio eſt apud Deum,
231. inquit Apoſtol. Rom. cap. 2. Sic etiam * nulla erit apud Iudices, ceu Dei perſonam repræſentantes. Nam ſapientia quæ de ſurſum eſt iudicat. Iacob. cap. 3. Videmus (proh dolor) aliquos potentes velle ſubuertere rectum iudicium iudicis, vt faueant amicis & affinibus ſuis, etiam interponendo, aliquoties minas & vultus terribiles aduerſus iudices, ita Alex. Stiaticus, in ſua pereleganti practica cap. 24. nu. 5. Inſuper tenent pleriq;, vt iudex pronunciet, vti poſſidetis ita poſſideatis, attamen hæc ſententia eſt obſcura §. curare Inſtit. de action. daretq; occatione arma mouendi, & perinde eſt ac ſi diceret, ite cum domino venite cum diabolo, date aliquid fiſco. Cæteri exiſtimant, melius eſſe ſi cautus iudex vtatur cautela, qua
232. vſus fuit arbiter ille Romanus, * ad terminationem agri Holani & Campani electus, vt id de quo contenditur ſibi adplicet, de quo Cicero lib. 1. offic. Sed hoc foret ſibimet ipſi conſuluiſſe non autem partibus. Præterea Bart. ſcriptum reliquit, in ſuprà d. l. ſi duo col. 1. ff. vti poſſid. quod

poſſet

possessio * per medium diuidatur, & vnus vnam partem, 233.
alter alteram possideat, cuius opinio non est aspernenda.
Idem Tessaurus decis. 89. in princ. docet mediam * viam 234.
in ambiguis sequendam esse, l. Titius ibid. Alex. ff. ad S.C.
Trebellian. præsertim vbi sunt opiniones Dd. contrariæ
Bald. nouell. de priuil. dotis part. 10. col. 13. vers. 16. &
vlt. fallit per l. adeo §. cùm quis ex aliena ff. de acq. rer. domit. Anchoran. cons. 210. Deci. cons. 68. incip. pro resolutione nu. 3. respondit iudicem meliùs facere si rem diuidat, quàm si in alterutram partem inclinet. Socin. cons. 150. lib. 1. De ista materia paritatis probationum in possessorio quis præualeat habetur apud Felin. & alios moderniores in c. licèt causam extrà de probat. Et notand. quando iudex habet liberum arbitrium, potest ferre sententiam pro actore viro bono contra reum virum malum etiam stante probationū paritate ita Menoch. de arbitr. iudic. casu 98. nu. XI. quę refert & sequitur Alex. Stiaticus in d. sua practica cap. 21. nu. 29. & seq. Huc * confert quòd 235.
Iudex quandocūq; partes ad concordiā compellere possit per Alex. & alios in leg. quidam existimauerunt ff. si cert. pet. Alex. in apostilla ad Bart. in l. æquissimum ff. de vsufr. Franc. Marc. decis. 465. nu. 2. Dec. cons. 445. num. 2. per text. in c. placuit. 90. distinct. Quorundam fuit opinio eorum qui arbitrantur ad principem recurrendum, vt statuat ipse quod velit, sed hoc rationi esset consonū, si ambigua iuris quæstio incideret, quæ Imperiali egeret decisione, quàmuis etiam in eo nō opus foret principem adire, cùm in medio litis * sacræ iussiones fieri non debeant 236.
tot. tit. C. vt lit. pend. & Auth. in medio lit. non fieri. Et
leges * quæ à Principibus fiunt, non debent concernere 237.
negocia præterita vel præsentia, sed futura l. lege C. de legib. Et principes suos magistratus, præsertim verò senatus * constituerunt, vt se ipsos velut iuris in expertos, hoc 238.
periculoso iudicandi munere liberēt, d. decis. 206. nu. 14.

quò loci adijcitur, relatas pluresq; alias opiniones multis verbis Bartolum examinare in d. l. si duo col. 1. & 2. ff. vti possid. & Bero. in d. c. licèt causam de probat Menoch. de retinend. poss. remed. 3. nu. 739. cum per multis sequen-
839. tib. eleganti expendit ordine, quando dicantur * casus clari & non ambigui ita quod pro alterutra partium sit iudicandum, eò me vnà cum insigni illo Tessauro remissũ volo, vid. Nattam cons. 572. incip. valde contenditur, nu. 1. 2. & 3. vbi etiam num. 16. hanc Baldi alleg. disputationem, vol. 3.

840. TAmen est notandum, quòd ex * antiquiori titulo etiam possessio præsumatur antiquior, vt not. in l. quoties C. de rei vendic. per Iacobum de Aret.

ADDITIO. 195. Idem scripsit Bald. noster in d. c. licèt causam nu. 30. de probat. ex antiquitate tituli præsu-
841. mi possessionem antiquiorem subsecutam. Ideo * articuli super dominio, vel proprietate non sunt impertinentes. Hoc tenet in specie Lanfr. de Oriano. in Rubr. de caus. poss. & propr. col. 10. vers. ex quo sequitur Bal. in sæped. l. si de eo §. 1. de acq. possess. Socin. Iun. in d. l. naturaliter §. nihil. commune, num. 145. illo tit. Quòd autem antiquiori ex titulo possessio antiquior probetur tenuit Alex. in Addit. ad Bart. in d. l. si duo in princ. ff. vti possid. Felin. in d. c. licèt causam nu. 9. vers. quarta caus. victoriæ
842. de probat. Is igitur * vincere debet, qui ostendit priorem tituli datam, Iason. cons. 148. lib. 4. Et vigore talis tituli præcedentis iustiùs quis possidere præsumitur l. 2. C. de adquir. possess. Bart. in leg. cùm solus col. 3. ff. de vsucap. Actus enim sequens præsumitur factus in executionem tractatus præcedentis, l. qui in aliena §. si is qui putabat ff. de adquir. hæred. Cephal. cons. 315. nu. 8. incip. scripsi

etiam

etiam lib. 3. Crauet. conf. 91. nu. 9. & conf. 158. ad finem. Illa enim pars * præferenda est, quæ potiorem habet titulum Canonist. in d. c. licèt causam Rebuff. super concord. in tit. de annatis in glo. possessionem vers. Quintò debet vincere in fin. Alex. conf. 88. nu. 4. & seq. vol. 4. Virg. de Boccat. in d. suo tract. de interdicto retinēdę cap. 10. nu. 2. & 3. Guid. pap. conf. 71. nu. 10 respondit ex inualido titulo non adquiri iustam possessionem Panorm. in c. cùm nostris de concess. præb. Idem Guid. Pap. conf. 144. in prin. scripsit quòd ex titulo inualido, nulla valida sequatur possessio c. ad decimas cum sua materia, de restit. spoliatorum, libro. 6. Item titulo * nullo possidere vel iniusto paria sunt l. nec vllam §. item in titulo ff. de petit. hæred. l. sciendum Instit. de satisd. tutor. Titulus si * fuerit iniquus & initium ruinosum in actis deducatur, cessat omnis præscriptio, etiamsi per mille annorum millia durasset, Zas. conf. 16. nu. 51. vol. 2. Verum ex titulo antquiori & iusto sequitur possessio antiqua, quę etiam * præsumitur verisimilis & bonæ fidei & à iure approbata. Sed titulus * iunior inualidus & iniustus omnimodo venit respuendus Bart. in d. l. si duo col. pen. ff. vti possid. Idem in l. vnic. C. eod. tit. & in leg. qui accusare in fin. C. de edend. Abb. Felin. & Dec. in sæpèd. c. licèt causam, de probat Raphael. cum. consil. 158. incip. Vicarius generalis, vitiosū habens titulum satius est vt illum non exhibeat, cùm ex eo mala fides resultet, Cephal. conf. 316. nu. 30 vol. 3. incip. causa viuianorum alleg Paris. conf. 27. nu. 119. vol. 1. Vnde qui meliora iura * in istis ostendit, obtinere debet c. 1. de restit. spoliat lib. 6 leg. bona fides ff. depositi Alex. conf. 110. incip visis, col. 2. vol. 1. refert & sequitur Paris. antè citato conf. 112. nu 78. lib. 1. Et quòd titulus * in ambiguo retinendæ possessionis casu magnum præbeat stabilimentum aptissimè scripsit antèfatus. Ant. Tessaurus d. decis. 206, sub fin. inquiens, senatum censuisse in fauo-

244 (beside "Item titulo * nullo")
245 (beside "Titulus si * fuerit")
246 (beside "præsumitur")
247 (beside "titulus * iunior")
248 (beside "meliora iura *")
249 (beside "titulus * in ambiguo")

rem

rem eius iudicandum qui titulum exhibuerat, quia aliquid plus præstiterat, quàm aduersarius. Nam titulus iustioris possessionis etiam antiquioris inducebat præsumptionem ex dictis per Alex. in apostill. ad Bart. in d. leg. si duo in verb. sunt æquales, vers. & quòd titulus iuxta Bal. in l. post sententiam col. 2. C. de sentent. Sed hoc locũ habet quandò partes in probatione possessionis sunt omni-
250. no pares, aliàs enim * tituli prioritas facit præsumptionẽ in possessorio Bal. in l. 1. verb. & sic nota C. de edict. Di. Adr. tollend. diciturq; iusta possessionis causa. Idem Bal. in l. ancillæ in 4. notab. & 4. opposit C. de furt. Barthachi. vol. 5. verb. titulus, vers. 79. Hinc idem Bal. tradit in l. 1. nu.
251. 2. ff. famil. ercisc. quòd * possessor sine titulo præsumatur prædo leg. improba C. de acq. poss. & inquit per text. in l. communi diuidundo §. inter prædones ff. com. diuid. veritatem esse quemq; titulum suũ ostendere debere, quòd
252. autem quidam * velint dominium incidenter probasse sufficere, hoc quò ad ordinationem iudicij, sed non quò ad decisionem causæ intelligendum. Idq; singulariter tenendum esse monet Ioan. Petr. Anchoran. lib. 3. quęst. 38.
253. nu. 5. per alleg. ibid. Denuò obiter notandum * quòd titul⁹ varias habeat significationes sicut refert Barthachin. in suo copioso repertorio vol. 5. verb. titulus ad princip. remissiuè alleg. glos. in c. dudum 54. el. 2. de elect. verb. intitulatam, vbi titulus quandoq; dicitur signum c. consuetudo 16. quæst. 6. Item dicitur omnis causa adquirendi dominij, vt titulus pro emptore, pro donato, pro hærede, pro suo, pro dote, pro legato, pro derelicto. Item dicitur titul⁹ pro ipsa Ecclesia, & dicitur titulus quilibet ordo ecclesiasticus, & quęlibet dignitas vel prętatio, secundũ allegata per d. gl. in præalleg. c. dudum 54. el. 2. de elect.

254. QVARto casu reus absoluitur * quia omnis agens adstringitur ad probandum essentialia

suæ

ſuæ petitionis vltra verò non adſtringitur l. ſi cùm ex §. in hac ff. quod met cauſ. l. ſcio ſemper ff. de appellat.

Additio. 196. Quippe * agens ſi eſſentialia, id eſt, poſſeſſionem & turbationem per vnum vel alterum modū ex ſuprà latiſſimè relatis probauerit, cenſendū eſt poſſeſſoriū ab onere probandi releuari ac idipſum onus probādi in aduerſarium transferri l. circa ff. de probat Ripa in c. ſæpè nu. 2. de reſtitut. ſpoliat. Si ergo non poſſidens nihil probat, is qui poſſidet abſoluendus eſt Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſu 47. nu. 12. Ex vulgata * iuris regula in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis l. in pari vbi Dec. de reg. iur. Tiraq. in tract. de iure primogen. quæſt. 17. opin. XI. num. 4. 255. 256.

Deterior tamen eſt cauſa eius, qui ad iudicium * interpellat, niſi probet l. in tribus ff. de iudicijs, cum ſimilib. 257.

Additio. 197. Iſthæc Baldi doctrina Ant. Teſſauro d. deciſ. 206. non placet nu. 12. hanc ipſam diſputationē allegando inquit vtrumq; eſſe reum, ita vtrumq; eſſe abſoluendum, quàmuis non eat inficiàs quandoq; ſenatum iudicaſſe eum eſſe * actorem qui prius libellum obtulit euocando partem, ſeq; manuteneri petendo, & ſe nō moleſtari de facto, ſed hæc practica eidem Teſſauro diſplicet, nam melior futura eſſet conditio contumacis, qui via facti non iuris procedit, ſicq; erit via ſcandalis aperta. Cùm neuter ex iure. Sed ex armis cauſam ſuam fouere velit, ſed prædictorum hæc ratio eſſe poteſt, quòd in iſto duplici retinendæ iudicio, vterque litigator duplicem tam actoris quàm rei ſuſtineat perſonam l. 2. vbi gl. in verb. duplicia ff. de interd. & §. tertia Inſtit. cod. Angel ibid. nu. 1. l. vnic. 258.

C. vti possid. Verùm id obtinet quò ad iudicij ordinationem & probationes tantum, nempe vt ibi vterq; litigator, tam actoris quàm rei personam sustineat, non enim quò ad definitionem. Nam illum haberi pro actore qui priùs
859. magistratum * adiuit d. l. in tribus & l. seq. ff. de iudicijs, etiã quò ad decisoria c. 3. de probat. Panor. ibid. in prin. Calcan. cons. 90. incip. quia ista quæstio, nu. 2. vbi dicit vtramque partem possessionem suam probare oportere, istamq; opinionẽ aiunt Hostiensis esse, de probat. in fin, vbi subdit quòd meliores probationes faciant obtinere,
860. etsi fuerint æquales * fertur sententia pro eo qui vocatus fuerit ad iudicium, in alijs verò iudicijs (vt potè quæ non sunt duplicia) secus esset, quia reus non tenetur aliquid probare nisi velit. Quinimo data probationum paritate & iurium obscuritate, ipsi rei debent esse potiores c. ex literis gl. ibid. Abb. nu. 10. & Canonist. de probat. Hieron. de Monte in tract. de finib. cap. 48. nu. 3. & 7. Nam in actore maior iustitia requiritur, Bald. in l. vlt. nu. 8. C. de edict. Di. Adr. toll. & qui titulum ipsius rei infringere debet, Bald. d. nu. 8. Alex. cons. 136. incip. viso nu. 3. & 4. vol. 1. Imol. in l. duo iudices ff. de re iudic. vbi Bald. nu. 24. quò facit traditio Gail. obser. 16. sub. fin. lib. sing. de pignorat. Vbi dicit probationis ordinem postulare vt actor prius suam fundet intentionem & probet, per alleg. quæ ibid. extra dubitationem in duplici iudicio accipiuntur. Vn-
861. de in obscuris pro reo est pronunciandum, & Iudex * magis rei probationib⁹, ac testibus credere debet quàm actoris, per not. Bart. in l. inter stipulantem §. 1. ff. de verbor. oblig. & in l. de die in prin. ff. qui satisd. cog. Alex. cons. 52. in fin. vol. 1. & Abb. in c. cùm P. col. fin. de accus. tradit etiamsi testes rei essent minus idonei, præferũtur, cui probè consonat Nicolaus valla quondam supremi Parisiens. Senatus consiliarius in erudito suo opusculo nunquam satis laudato tract. 1. sub fin. in hæc sancta disponẽs verba.

Postre-

Postremò illud * aduertendũ est, quod in his quæ obscura vel ambigua sunt, fauorabiliores sunt rei quàm actores; item melior est causa possessoris, & si ius ipsum sit controuersum multum tribuitur arbitrio iudicis, itaq; periculosum esse * coram iudice suspecto litigare, qui sordibus, gratia vel odio sit corruptus, aut qui ius in quo versatur, ignorat. Sed magis est, vt qui iudicant terrã ex Deo mandato rectè iudicent. Nam apud Dominum Deum nostrũ nulla iniquitas est, 1. Par. cap. 19. 262. 263.

ET hæc de interdicto retinendæ possessionis.

ADDITIO. 198. Cauendum est ne quis in hoc retinendæ iudicio, adducat contrarietates, vel in iure sibi inuicem resistentes. Duæ * enim contrariæ substantiæ, in eodem subiecto minimè stare possunt l. si ancillam ff. pro suo, sicut non potest esse vnum indiuiduum quod sit homo & equus sine alteratione & imperfectione partium. Nec per ius potest fieri * quod natura imutetur l. adoptio C. de adopt. ac id quod nõ potest fieri naturaliter, minimè etiam ciuiliter fieri debebit per not. in l. qui ad certum ff. locati Bart. in d. l. 3. §. ex contrariò nu. 2. ff. de acq. poss. Dyn. in c. fine possess. de reg. iur. in 6. dicit duas possidendi qualitates contrarias in eadem possessionis substantia concurrere nõ posse. Hæc adeò sunt vera, vt ea ipsa quemaduocatum præ oculis habere oporteat. Verùm enimuerò, quid mihi circa grauissimæ cuiusdam controuersiæ actitata, super retinendæ interdicto confecta, non ita longo ab hinc temporis interstitio contigerit paucis libuit recensere. Quendam scilicet partis alterius patronũ (qui aliquin haud infimæ notæ existimari vult iuris esse peritus) capitulasse, in ijs, * quæ in libera facultate & mera voluntate consistunt, præscriptioni locum non esse, Dd. in l. viam publicam Bart. ibid. ff. de via publ. Cyn. Iacob. de Aret. & Bart in l. cùm notissimi §. sed cùm illud C. de præ- 264. 265. 266.

ſcript. 30.an. Ioan. Andr. Ioan. de Ligna. Dominic. de S. Georgio & Philip. Franc. in c. fin. de conſuetud. lib. 6. & ſimilia, quę obtinent in ſimplici facultate ex aliqua actio-
267. ne * non procedente, ſicut iter ad ſepulchrum Domini noſtri redemptoris, item facere eleemoſinam, aut ire per viam publicam vel quid ſimile. Sicubi per viam actionis eiuſmodi facultas mihi non competit, ſed datur mihi exceptio contra impedientem. Socin. iun. conſ. 155. num. 37. incip. viſo puncto & alijs ſcripturis vol. 1. quò loci eleganter differit nu. 40. Et iſtud vel ſimile meræ facultatis genus iure proprio dicitur conceſſum, Franc. Ripa in l. centurio nu. 104. ff. de vulg. & pupill. per ibid. adduct. Quod etiam tales actus ſint facultatis meræ iuris naturalis, probatur in c. ſignificante de appell. vbi Canoniſt. & c. Abbate glo. ibid. in verb. alciatenſem de verb. ſignif. leg. hæc autem iura, vbi Bal. ff. de ſeruit. Vrban. præd. Dd. in l. 1. & l. 2. ff. de itin. actuq; priuat. Imol. ibid. nu. 13. vſq; ad fin. & l. 1. ff. de iuriſd. om. iud. vbi oſtendit eiuſmodi actus tantiſper meræ præſumi facultatis non autem animo ſeruitutis adquirendæ factos, donec contrarium doceatur d. l. 1. in prin. §. hoc interdicto gl. in verb. vſus ſit Bart. & Ang. ibid. de itin. actuq; priuat. Ex quo relata doctrina procedit in his quæ ſunt meræ facultatis in ſolo fa-
268. cto conſiſtentis, non autem * ſi quid competat per modum iuris. Sed econtrà, idem aduocatus in eodem ſcripto articulauit de conſuetudine, per quam Domini ſui clientis aſſertam poſſeſſionem oſtendere deſiderabat. Quòd autem conſuetudini præſcribi ſoleat, adeo verum eſt, vt
269. præſcripta conſuetudo per * aliam conſuetudinem contrariā præſcriptam tolli poſſit, Panor. in c. fin. de conſue-
270. tud. Quippe iuri ſeu * qualitati quæ alicui inhæret actioni tanto tempore præſcribitur, quanto illi actioni principaliter præſcriberetur per not. in l. ſi tamen §. vlt. ff. de exercit. act. & not. in l. falſo C. de diuerſ. reſcript. Vnde huiuſmo-

iusmodi cōsuetudinis requisita, cum ijs quæ diuersa pars meræ facultatis admodum ridiculosè proposuit, nullam prorsus habeant conuenientiam, sed magis in iudicio retinendæ sibi inuicem refragantur. Et istud sic probatur. Nam in ijs quæ * meræ sunt facultatis, consuetudo non cadit, iuxta Panormit. in c. inter cæteras num. 5. circa fin. 271.
vers. nunquid ex hoc sit inducta. extrà de rescript. quam doctrinam refert & sequitur Ripa sub tit. C. de seruit. respons. 194. nu. 2. vers. ex tali autem confessione, probatur seruitus: quò loci istud dogma ad simile infert negocium. Quoniam actus meræ facultatis, vt ex aduerso rotundis verbis capitulantur, animo possidendi non geruntur, eò quòd possessio sit nomen iuris * & intelligitur de vera 272.
ciuili possessione, non autem de nudo actu meræ facultatis naturalis Schurff. cons. 1. nu. 26. & seq. cent. 3. per c. possessiones 16. quæst. 1. gl. in l. solent. verb. qualitate ff. de offic. procons. Wesenb. cons. 58. nu. 29. circa med. part. 2. vbi ad hanc doctrinam multa citantur iura. Idem respondendo Ioan. Cephal. cons. 321. nu. 39. vol. 3. incip. Insignis vicecomes, &c. Simpliciter iuris dici sentijt. Id maximè de possessione adquisita censendum est secundum ea quæ suprà in addit. 191. remissiuè habentur, eò quoq; pertinere videtur quod respondit Natta. cons. 653. nu. 6. incip. ad euidentiam vol. 4. inquiens possessionem etiam ius continere l. possessio §. 1. ff. de adq. possessione. Quapropter cùm pars aduersa in articulis suis de actibus meræ facultatis disposuerit, & interpretes vllum exinde ius suboriri minimè patiantur, sequitur indubitatè aduersus contradictorem duplex militare fundamentum. Alterum videlicet hominis intelligitur, alterum verò iuris esse dicitur, quæ ita coniunctim fortiùs operantur §. sanctissima, in Auth. de alien. & emphyt. quò fac. not. per Alex. in l. filiusfam. §. Diui ff. de legat. 1. & quæ respondendo scripsit Natta. cons. 688. nu. XI. vers. Nam hic vi-

 demus,

demus, vol.4. incip. super præsenti, &c. Ex quibus ita iuridicè ostensis disertè apparet, quàm turpiter incautus quispiam circa * iudicia possessoria adducendo contraria impingere queat. Nam sicut iudex libellum ineptum ex officio reijcere potest gl. in l. 1. vbi Iason. ff. de offic. adsessor. & in c. sacerdotibus XI. quæst. 1. ita ex officio eum repellere potest, qui sibi est contrarius l. 1. C. de furt. & c. sollicitudinem de appellat. Ias. pulchrè in terminis possessorijs ad l. naturaliter §. nihil commune nu. 2. & præcisè nu. 162. ff. de acquir. possess. Ob id satis considerasse conuenit, solemnē glosam vbiq; iudiciorum solidè approbatam in c. 1. verb. statuimus sub. fin. vers. caueat autem ponens, de cōfess. lib. 6. Vbi pleraq; habētur exempla, quę ad huius rei intellectum non parum faciunt, eumq; habent effectū

273.

274. vt * ponens id quod ponit confiteri iudicetur c. fin. de iureiuran. d. lib. 6. & hoc pacto naturam semper noui aliquid parere videmus, nouasq; nobis semper parat edere formas, neq; omnia possunt vno tempore considerari l. non possunt ff. de legib. Ant. Tessaurus Senat. Pedemont. d. decis. 206. vers. Has omnes, sub fin. Quis non censuerit vnà cùm insigni practico Ian. Bapt. Asinio in celeberrima sua iudiciorum praxi part. 2. §. 1. cap. 89. num. 24.

275. referente, nostros doctores * aues & oues imitari solitos. Nam vbi ex ouibus vna in campū saltat, omnes aliæ eam sequuntur, pariter etiam si vna auis volat, omnes cæteræ volant. Idem faciunt Doctores nostri, (Id tamen ego nusquàm gentium de omnibus iudicarem) qui, vbicunque aliqua conclusio ad rem quam tractant, facit, eam sequūtur, relatis omnibus, qui eandem imitantur, nec adeunt loca in quibus ea firmatur, nam si authores illos adirent, aut locos diligenter inspicerent, sæpè eos silentio præterirent, vel quia id non dicerent ad quod allegantur, vel si dicerent in adeò diuersis loquerentur terminis, vt ad rem quam eorum authoritate probare conantur nihil omnino fa-

no facerent, hactenus celebris Asinius ille: Pari modo, aduocatus ille quo de suprà, meræ facultatis * actus, qui pos- 276.
sidendi animo non geruntur iudiciarijs actitatis, (quæ ad perpetuos loquuntur dies) stolidissimè indidit, non aduertendo, quod imprimis de possidendi * animo lucu- 277.
lenter constare debuit, qui animus * neutiquàm præsu- 278.
mitur, sed omni modo probasse necessum est. Rota Bononien. conclus. 70. num. 15. & 16. in tantum quod etiam contra legū præsumptiones animus probetur Fran. Bursat. cons. 271. num. 5. vol. 3. incip. non solùm, &c. ad hoc alleg. Laurent. ab Occa. cons. 63. nu. 18. tom. 2. crimenal. Idem insignis ille Bursat. cons. 344. nu. 56. vol. 4. incip. Ex proposito casu, &c. iuridicè respondit, animum videlicet per extrinsecos actus & indicia exteriora constare l. cùm quidam C. de condit. insert. c. in ciuitate, ext. de vsur. & c. erubescant. 32. distinct. & c. consuluisti. 2. quæst. 4. cum similib. per eund. Bursat. ibid. signatis. Nisi quispiam leguleius (qui iuris brodium nunquàm rectè gustauerit) communi omnium interpretū doctrina sapientior ac rerum iuridicarum experientia ob intellectus sui imbecillitatem eruditior videri cupiat. Talis enim oculatissimis iudicibus per iudiciaria actitata se magis ludibrio exponit quàm vt dominis clientibus suis (eorum quidem causas cōfundere potiùs quàm promouere iudicatur) vllam adferat commoditatem. Tantum quoq; abest, quod nec in difficilioribus litigijs fauorabilem sententiam, valeat reportare. Et sic non modo imperitis aduocatis, honorarij loco minimè quippiam præstabitur per l. 1. §. in honorarijs ff. de varijs & extraordinar. cognit. Verùm etiam, si quid pecuniarum, eam ob causam acceperint, restituere teneantur leg. aduocationis C. de condict. ob caus. datorum. Nec pro ijs retinendis iuris ignorantiā prætendere valebit, cùm turpe sit homini patritio viro, qui ius, in quo versatur, ignorat, text. in l. 2. ff. de orig. iur. Ideo

operæ pretium est, vt aduocati ius partium accuratè dimetiantur, id quò minus fecerint, sed magis lucro, pecuniaq; capiantur veluti abiecti atq; degeneres inter vilissimos numerabuntur, text. in l. quisquis vers. nam si lucro C. de postuland. & pulchro arg. eorum, quæ grauiter disposuit Pontifex. Roman. in c. 1. & 2. extrà de magistris. Ista equidem non de omnibus, aduocatis atq; causarum patronis verum de illis duntaxat qui planè illotis manibus ingrediuntur sanctissima iura, quemadmodum sus in rosas, existimentur scripta.

Additio. 199. Porrò hic non incommodè subijci potest quod vigore vsitati practicorum styli cautio de amplius non turbando à parte victa præstanda, in isto possessionis retinendæ iudicio frequenter peti consuerit. Quinimò si in libello * & sententia fuerit omissa nihilominus in ipsa executione exigi queat, ac victus eam præstare habeat necesse, per tex. in d. l. vnic. C. vti possid. sic referente Bart. in l. 1. §. interdictum nu. 10. ff. illo tit. & tex. in l. 3. §. in hoc interdicto ff. de itin. actuq; priuat. gl. ibid. in verb. quanti, Gail obser. 116. nu. 4. lib. 1. vbi hoc multis exornat. Sed quæritur, vtrum cautio iam relata de * non molestando perpetua esse debeat Bart. in d. l. §. hoc interdicto nu. XI. ff. vti possid. scripsit quòd si ius actoris perpetuum esse comprobatur, * tunc cautio etiam perpetua censebitur. Sicubi verò ad tempus appareat, vt cùm actor, vel fructuarius vel conductor vel inquilinus, ad modicū tempus cautio quoq; temporalis iudicabitur. His adijciatur quod * victæ parti silentium imponi debeat perpetuum c. licèt causam de probat. per ea quæ Latius docet Faber in d. §. retinendæ nu. 29. Instit. de interdict.

279. (margin, beside "nimò si in libello")
280. (margin, beside "exornat.")
281. (margin, beside "petuum esse")
282. (margin, beside "tur quod")

Additio. 200. Vlterius addendum arbitror, quid namq; in hoc eodem retinendæ possessionis interdicto, circa ferendæ sententiæ calculum soleat expendi, ac quo ordine id fieri consueuerit. Cùm scire quid facias, nescire

verò

verò quo ordine facias non sit perfectæ cognitionis Bald. noster in proœmio ff.torum in princ. Sylua. de feudi recognitione quæst. 1. Ex quo Iudex accuratè debebit considerare, qualitates actuum qui ratione possessionis vtrinque sunt gesti, & secundum illos) seruatis quoq; alijs solennibus) arbitrabitur l. si de eo §. 1. cum ibi not. ff. de adq. poss. l. ancilla ff. pro suo & l. pro hærede ff. de adq. hæred. Sicubi rei possessio sufficienter probata constiterit, tunc absolutoria sequetur sententia. Sed istud videtur esse absonum, eo quòd * sententia libello conformis esse debeat l. vt fundus ff. cummun. diuid. maximè quòd actor sic non petijt diffiniri. Verùm enimuerò in terminis huius iudicij est conspicuum iudicem ita determinare posse, nam hoc interdictum regulariter duplex esse intelligitur d. l. si duo §. 1. ff. vti possid. Ex quo euenit sicut actor dicit se possidere, ita & reus defendendo se possidere contendit, & sic tacitè reus quoq; agere existimatur * ac iudicem tacitè interpellare dicitur iuxta interdicti naturam. Ideoq; iusta rei possessione probata * iudici concessum est actorē cōdemnare, ne reū turbet aut molestet, & hoc colligitur ex doctrina Bart. in l. 1. col. 3. vers. super 4. gl. & col. pen. vers. pone agi ff. vti possid. Hostiens. in c. ex conquæstione de restit. spoliat. Bal. in l. cùm Papinian⁹ col 1. C. de senten. Et quod sententia etiam in simplicibus iudicijs non sit * conformis libello, id lucidè ex rei vendicationis actione ostendi potest. Nam si actor non probet dominium, & reus demonstret se dominum, eo casu iudex reum esse dominū pronunciare potest, licèt hoc ipse reus non petierit, ita tradit Alex. in l. sed si possessori in fine illius principij Ias. ibid. & Dd. ff. de iureiur. Innocent. in d c. ex conquæstione de restit. spoliat. glos. & Bald. in l. circa ff. de probationib. Felin. in c. aduersario col. pen. ff. de except & ratio est, quia * in directò contrarijs, sufficit vnus libellus, nec est opus contrario libello vt in terminis

283. (beside "esse de-")
284. (beside "ac iudi-")
285. (beside "concessum est")
286. (beside "vendi-")
287. (beside "sufficit")

hanc adſignat rationem Bal. in l.fin.col.2.C.de fideicom. libertat. hoc etiam probatur in tex. l. Pomponius §. ſed & is ff. de procurat. plura vid. apud Gail. obſeruat. 23. lib ſingul. de pignorat. quò loci formulæ habentur pronunciandi.

Additio. 201. Pro complemento huius interdicti retinendæ poſſeſſionis in quæſtionem adduci poſſet. An
288. iudici cauſam * ſententia exprimere liceat? reſpondetur
289. quod non. Præſertim * in ciuilibus tantum aberit, vt hoc fieri debeat, niſi iudex ſtultitiæ cupiat argui, per text. in c. ſicut nobis. de ſent.& re iud. Panormit. ibid. nu. 8. & 9. fuſiùs ea de re ſcripſit. vbi & Bald. nu. 2. & Felin. latiſſimè
290. nu.10. Cùm aliàs non * expreſſa cauſa, præſumatur ex cauſis apparentibus in actis lata gloſ. in l. hæc enim, verb. & verum eſt Dd. ibid. ff. de ſuſpect. tutor. gloſ. in l. ſi ad exhibendum in verb. rei iudicatæ ff. de except. rei iudic. Alex. conſ. 182. nu. 2. vol. 6. incip. de cauſ. & lite, poteſt namq; ex actis iuſtificari ad quæ ſolent referri l. terminato C. de fructib. & lit. expenſ. Bart. in l. hæc enim ff. de ſuſpect. tutor. Vniuerſitas Patauina inter Kirchonij reſponſa conſ. 6. nu. 10. vol. 3. Et hoc in Camera Imperiali * obſeruatur vbi cauſa nunquam in ſententia exprimitur, ſed fit rela-
261. tio ad acta, nulla expreſſa cauſa, vt potè, viſis actis & actitatis pronunciamus, &c. exceptis tantum cauſis fractæ pacis ſecund. Gail. cap. 6. num. 14. de pace pub. lib. 2. Iudex interim ſit circumſpectus in concipienda ſententia ne ex ea contrarietas reſultet, ideoq; omnia in vnum ſenſum, vt ſecundum iuris diſpoſitionem operentur, trahenda ſunt, ita conſultiſſimus ille Burſatus, reſpondit conſ. 656. verſ. pen. num. 39. vol. 4. incip. vt tollantur, &c. Cæterùm vbi ſententia in huiuſmodi retinendę iudicio lata, in rem
292. tranſiuerit iudicatam. Vtq; talis iudicata * res in cauſis turbationum vel pignorationum turbatori obſtet, neceſſarium eſt quod in eodem loco ab eodem & eiuſdem iuris

gratia

gratia quis iterum turbetur aut pignoretur l. cùm quæritur & seq. ff. de except. rei iud. vbi Dd. gl. in c. fin. de except. lib. 6. Quibus concurrentibus si quis iterum turbetur, mandata inhibitoria * sine clausula contra turbantem decerni possunt. 293. Nam iudex ob rei iudicatæ authoritatem, * à præcepto incipere potest quia cessat ratio l. nec- 294. quicquam §. vbi decretum ff. de offic. proconsul. vbi Iaſ. nu. 7. inquit, præceptum executiuum post latam sententiam interpositum valere, tanta enim rei iudicatæ authoritas est, vt ne * rescripto quidem principis subuerti pos- 295. sit, tex. in l. fin. C. sentent. rescind. non poss. Zaſ. conſ. 10. nu. 6. vol. 2. incip. in causa executionis. Sin verò prædicta tria requisita non concurrant, alia res est, & rei iudicatæ exceptio non habet locum tex. in d. l. cùm quæritur, de except. rei iud. Ideoq; nouo processu nouaque opus est actione. Nam * quæ de nouo emergunt nouo indigent re- 296. medio tex. in l. 1. ff. de ventr. inspic. & in c. nulli de elect. lib. 6. gl. in l. si ab arbitro verb. ex integro ff. qui satisd. cog. cuius rei ponit exemplum Gail. obser. 24. lib. singul. de pignorat. Et hæc de iudicio retinendæ possessionis habeantur satis adposita.

10. §. CIRCA INTERDICTVM RECVPERANDÆ POSSESSIONIS.

SVMMARIA.

1. POSSESSOR EX IVSTA CAVSA RESISTENS VIM *facere non videtur.*
2. *Expulso per vim de sua possessione summa æquitas suadet, vt congruo subueniatur remedio.*
3. *Vim coerceri tam publicè quàm priuatim interest, vnde criminaliter aut ciuiliter agi potest.*
4. *Vis priuata fit sine armis.*
5. *Vis publica vel atrox fit adhibitis armis.*
6. *Interdictum nec etiam condictiones infamant.*

7. *Interdicta facinoris atrocitatem importantia dicuntur infamere.*

8. *Seditionis faces intelligitur accendere, qui armis ad alium vsum abutitur, quàm qui est concessus.*

9. *In pœnam fractæ pacis, incidere quis nam dicatur.*

10. *Fractæ pacis actionem intentare volens considerabit omnem vim publicam non esse fractam pacem.*

11. *Fracta pax dicitur vis publica.*

12. *Vis publicæ multæ sunt species, quæ ad ruptæ pacis constitutionẽ nõ pertinẽt.*

13. *Pax publica turbari non potest sine vi publica ad hoc tria cumulatim requiruntur.*

14. *Interdictum de vi & vi armata respicit maiorem publicam vim, quàm resisti poßit.*

15. *Vis armata fit coadunatis hominibus.*

16. *Ad pacis violatæ actionem, requiritur dolus malus & ex proposito verum nec non ex consilio initus.*

17. *Dolo malo facit, qui præcedente industria ad hoc ipsum colligit homines armatos vt damnum det bona ve rapiat, & siue ipse quis cogat homines siue ab alio coactis vtatur ad rapiendum dolo malo facere videtur, vt num. 18.*

19. *Voluntas & propositum maleficia distinguunt.*

20. *Dolus quoties in delictis requiritur eo deficiente non committitur delictum.*

21. *Pœna violatæ pacis pecuniaria est 200. marcarum auri puri, & perditio priuilegiorum.*

22. *Pacis violatæ qualitates si deficiunt consultius est, vt ad pœnas iuris communis de vi publica ratione simplicis spolij agatur.*

23. *Lex vel statutum plura coniunctim requirens non sufficit alterum fieri, sed omnia ad impleri necesse est.*

24. *Ad recuperandam poßeßionem ciuiliter ex interdicto vnde vi potest agi.*

25. *Restitutio non solum de vno angulo, vnde quis vi deiectus sit intelligitur, sed etiam ad omnem poßeßionis partem, qua quis caruit, spectat.*

26. *Interdictum de vi & vi armata dicitur annale, sed de eo quod ad deijcientem peruenit, perpetuum.*

27. *Hæredes in tantum tenentur, quantum rei ablatæ causa locupletiores facti fuêre.*

28. *Remedium can. redintegrandæ iuxta communem sententiam dicitur vberrimum.*

29. *Poßeßionem suam per decennium non recuperans canoni redintegrandæ nõ erit locus, quia negligentia sua poßeßionem amisit, num. 30.*

Actio

31. *Actio ex constitutione pacis publicæ non est prætoria sed ciuilis, ideoq; 20. annorum spacio tollitur, sicut ferè alia publica crimina.*

32. *Recuperandæ possess. interdicto agenti, probare incumbit, vt primo ostendat se spoliatum ab eo qui conuenitur, vel de mandato eius, item quod tempore spoliationis possidebat, vt num. 33.*

34. *Recuperandæ interdictum non solùm pro rebus soli, sed etiam accessoriè pro re mobili competit. num. 35.*

36. *Redditum annuum soluere, vel iura debita recusans præstare, is possidentem spoliare dicitur.*

37. *Interdictum recuperandæ restitutorium dicitur.*

38. *Dominij probatio in recuperandæ interdicto non admittitur, fallit vt aliquot numeris sequentib.*

39. *Beneficio ecclesiastico spoliatus, titulum beneficij probare tenetur, aut non restituetur, vbi tituli multiplicatio ad cautelam esse dicitur, cuius rei tres sunt fallentiæ ibid. remissiuè.*

40. *Recuperandæ possessorio propter causam status vtpotè Nobilitatis vel patriciatus, aliquis agere non potest, nisi principis indultum ostendat, & sic limitatur doctrina, quod possessorium cum pioprietate nihil habeat commune, vt num. 41.*

42. *Feudo alienato, dominus eum, cui facta est alienatio propria authoritate spoliare potest.*

43. *Interdictum vnde vi nõ competit eiecto contra dominũ ius suum defendentẽ.*

44. *Incontinenti aliquid recuperare arbitrio iudicis committitur.*

45. *Feudum alienans, eo priuabitur ipso iure nec requiri sententiam.*

46. *Feudum si ipso iure amittatur sententia iudicis priuatiua non requiritur, sed tantum declaratoria.*

47. *Ob possessionem feudi auocandam sententia requiritur, Idq; propter fructus medij temporis necessarium est.*

48. *Iura totius mundi, quæ pro crimine ipso iure pœnam imponunt, ita obtinent, si declaratoria sequatur sententia, aliàs pœna executione careret, quod tamen fallit in notorio crimine actu permanente, vt num. 49. Item Vasallus per Dominum perfidiæ & mendacij conuictus feudo priuatur, & talis controuersia à paribus curiæ decidenda erit. ibid.*

50. *Incontinenti vt quid licitè factum esse intelligatur opus est vt inter personæ & rei defensionem statuatur differentia.*

51. *Incontinenti quid factum esse dicitur, quando rixa durante vel aggressore non discendente ad extraneos actus de personæ defensione tractatur.*

52. *Rixandi animus præsumitur aggressore non discedente.*
53. *Incontinenti fieri dicuntur ea quæ nullo actu extraneo interposito aguntur.*
54. *Incontinenti non dicitur fieri vbi ad extraneos actus diuertatur.*
55. *Incontinenti fit etiamsi laxius quid factum esse constet, sicubi de rerum defensione tractetur.*
56. *Incontinenti aliquid fieri vt dicatur qualitas deiectionis, personæ deijcientis & rei inuasæ considerari debebit.*
57. *Incontinenti recuperare dicitur, qui omnem adhibuit diligentiam, etiam post interuallum multarum dierum, vel quando amicorum consilia poßit habere, etiam post decem annorum spacium, vt num. 58.*
59. *Recuperatio licet fiat ex interuallo, tamen semper rixa durare dicitur, si modo animo ad recuperandum se præparet, vbi etiam dispicitur exceptionem spolij ante lit. contest. intra 15. dies tam de iure Saxonico quàm communi scripto probandum admitti.*
60. *Possesionem in rebus mobilibus statim quis perdere dicitur.*
61. *Violentia circa posseßionis materiam, intelligitur si fiat personæ pro rebus, quia interdictum aliàs non competeret.*
62. *Vis expulsiua quomodo altero ex tribus modis probetur, vtpotè aliquem personaliter fuisse expulsum, vel quod reuertens non sit admißus, vel quod metu non sit reuersus.*
63. *Violentia committi dicitur quando quis id quod sibi deberi putat, non per iudicem reposcit. Ibid. quoq; dicitur ingrediens posseßionem iudicis authoritate non committit vim.*
64. *Iudicem si quis interpellauerit perdit facultatem propria authoritate ius sibi dicere.*
65. *Ad recuperandam posseßionem quinq; remedia habentur comparata.*
66. *Iudicis officium inter omnia præstantißimum & amplißimũ est, in eo namq; sine libello ac litis contestatione proceditur, sed in cæteris remedijs, ordo saltim aliquis requiritur, vt num. 67.*
68. *Actio iudicati ex quasi contractu in ipsa oritur sententia.*
69. *Coram iudice si quis protestetur, quod sibi ius propria authoritate expellendi, vel intrandi reseruauerit, eo casu non perdit facultatem sibi ius propria authoritate dicendi.*
70. *A pari causæ potentia par effectus procedit.*
71. *Coniunctio vnius rei potestate fungitur.*

Circa

CIRCA interdictum autem recuperandæ possessionis not. quòd qui possidet ex * iusta causa resistit, vim facere non videtur l. si colonus in fin. ff. de vi & vi armata. 1.

ADDITIO. 202. Posteaquam istud recuperandæ possessionis iudicium (vt nemini satius non constat) in foro valdè crebrò exerceatur, operæ mihi pretium videtur, aliqua ex probatissimis interpretibus & pragmaticis quibusq; viris huic disputationi subnectere. Etenim summa suadet æquitas, vt * vi expulso de sua possessione congruo 2.
subueniatur remedio l. 1. §. 1. ff. de vi & vi armata, quia nedum * priuatim sed & publicè vim coerceri interest pul- 3.
chrè Wesenbec. in paratit. ad d. tit. ff. de vi & vi ar. nu. 3. & l. 1. cum seq. ff. ad leg. Iul. de vi publ. adeò vt etiam deiectus criminaliter legibus Iulijs publicorum valeat experiri l. 4. C. vnd. vi, d. l. 1. §. ne quid autem ff. de vi & vi armat. aut per ciuilem actionem ei succuritur l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi, Wesenb. d. loco nu. 4. ex inscriptione tituli de vi & vi armat. bifariam inferri vim eleganter docet, vna vis priuata * siue quotidiana & leuior, quia 4.
fit sine armis ideoq; priuata dicitur. Altera vis atrox siue publica vel etiam * armata vocatur, fit namq; adhibitis ar- 5.
mis §. sed ex constitutionibus Instit. de interd. §. item lex Iulia Instit. de publ. iud. Et licèt nullum * interdictum in- 6.
famet l. neque vnde vi ff. de vi & vi arm. nec etiam conditio sit famosa l. cessat ff. de act. & obl. attamen interdicta atrocitatem * facinoris importantia dicuntur infamare 7.
per bon. tex in d. l. 1. §. interdictum 43. ff. de vi & vi armat. Petr. de bella pertica in d. l. neq; ff. eod. Disputat. Coloni. de interd. recuperandæ possess. Thes. 23. Menoch. de recuperan. possess. remed. 1. quæst. 9. nu. 94. & quæst. 4. nu. 431. Vnde publica est, quia armis violenter quis grassatur

& ciues Romanos pulsat, aut bona eorum inuadit, ius ciuium publicum, pacemq; communem violare, nec non
8. seditionis * faces intelligitur accendere, armis namq; ad alium vsum abutitur, quàm qui est concessus. Nouell. cōstit. de armis. & l. 1. ff. ad. leg. Iul. de vi publ. & tot. tit. C. vt armorum vsus, lib. XI. Wesenbec. loco suprad. nu. 6. Hinc
9. si quis * eijciat aliquem de possessione, vel etiam quasi, vi armata. Ex constitutione Imperij incidit in pœnam fractæ pacis publicæ, quam vocamus den Landtfriden / cuius pœna est, quo ipso facto in bannum Imperij incidat. Gail. lib. 1. de publ. cap. 7. & in constitutione des Landtfridens sub. tit. Von der Landfridbrecher. Disputat. Colon. d. interd. recuperan. possess. Thes. 2. Notandum hic obiter, si fiat rebellio per aliquos in ciuitate, videtur & ipsa tota rebellare Cardinal. in Clem. 1. vers. ciuitas quæst 2. de pœn. in Clem. vlt. Quòd ciuitas dicatur facere delictum, quando ciues sunt communiter culpabiles facti, cōsensu vel taciturnitate, per tex. in c. qui potest. quæst. 3. Frider. Schenck.
10. in suo viridario conclus. 80. per tot. Quò circa sumus admonēdi vt qui actionē violatæ * pacis, intentare conatur, caueat sibi ne turpiter impingat, sed imprimis accuratè examinet, nimirum omnē vim publicā non esse fractam
11. pacem, licèt è contrario omnis fracta * pax dicatur vis publica. Nam hoc edictum pacis publicæ, non ad omnem sed ad atrocem vim pertinet, vti ex tit. ff. & C. ad leg Iul. de vi
12. publ. videre liquet, quò loci multæ species vis * publicæ enumerantur, quæ tamen ad constitutionem ruptæ pacis non pertinent, fac l. 2. §. doli mentio, ff. de vi bonor. rapt.
13. Sed publica * pax turbari nequit sine vi publica. Enimuerò tria cumulatè requiruntur. Primò vis publica & maior,
14. quàm * cui resisti possit, sicut interdictum de vi & vi armata tex. in l. 1. §. hoc interdictū ff. de vi & vi armat & in l. 2 cum seq. quod met. caus. tex. in l. ex conducto §. si vis & in l. si merces §. vis maior & in l. si fundus in fi. ff. locati.

Secun-

Secundò requiritur * vis armata quæ fit coadunatis hominibus, ponderando verba constitutionis ibi, mit gewöhrter handt / hoc est armata manu collectis hominibus text. in leg. 2. in prin. & in §. homines ff. de vi bonor. rapt. elegans est tex. in l. 3. & seq. ff. ad leg. Iul. de vi publica, & in l. qui cœtu, & l. qui dolo §. hac lege cum l. seq. ff. illo tit. quæ iura præcipuè ad constitutionē pacis publicæ spectant, tot. tit. de pace tenend. eiusq; violatoribus, Gail. cap. 7. lib. 1. de pace publ. vbi, nu. 24. disponitur vnū vel duos homines vim publicam inferre non posse, per rationem ibi adnexam: pulchrè Oldendorp. in suis classib. De actione vi bonorum raptorum classe 7. actio n. 9. vers. Alterum verò edictum, &c. inquiens Vlpianum, in l. 1. & l. 4. in prin. & §. si quis aduentu ff. vi bon. rapt. turbam ita definiuisse, vbi plures fuerint (decem puta aut quindecim homines) turba dicetur: Quid ergo, si tres aut quatuor? turba vtiq; non erit. Et rectissimè labeo, inter turbam & rixam multum interesse ait. Namq; turbam multitudinis hominum esse perturbationem & cœtum: at rixam duorum, hactenus Oldendorp. d. loco. Quantum ad tertium attinet requisitum. Id habetur optimè apud Gail. d. cap. 7. nu. 6. de pac. publ. lib. 1. Videlicet ad fundandam * violatæ pacis actionem requiri dolum malum, dolum verum, propositum, destinatam voluntatem offendendi, nimirū vim publicam & armatam dolo malo esse factam præcedente consilio de industria & data opera ponderanda verba cōstitutionis, ibid. Fürsetzlich / gefährlich vnd fräuenlich / id est, dolosè, obstinatè, malitiosè & ex insidijs fac. tex. in d. l. 2. §. dolo autem malo ff. vi bon. rapt. Vbi dicit quòd dolo malo faciat, * qui præcedente consilio ad hoc ipsum colligit homines armatos vt damnū det bonave rapiat gl. in d. l. 1. §. hoc interdictum verb. atrocem ff. de vi & vi armat. Et siue ipse * quis cogat homines, siue ab alio coactis vtatur ad rapiendū, dolo malo facere videtur d. l. 2. §. dolo malo

Marginal numbers: 15. (beside "Secundò requiritur"), 16. (beside "violatæ pacis"), 17. (beside "colligit"), 18. (beside "vtatur")

Nn ff. de

19. ff. de vi bon. rapt. Voluntas enim * & propositũ distinguunt maleficia, tex. in l. qui iniuriæ causa in prin. ff. de furt. cum similib. Cicer. lib. 1. offic. inquit Leuiora esse ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata
20. ac præparata inferuntur, nam * quoties in delictis dolus requiritur eo deficiente nõ cõmittitur delictũ tex. in l. inter omnes §. rectè & in l. falsus §. qui alienũ ff. de furt. tex. in l. 1. §. Diuus ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, vnde quolibet prædictorum requisitorũ deficiente, cessat pœna fractæ pacis, vtpotè banni Imperalis, vel pecuniaria, quæ est,
21. 200. marcarũ auri * puri, & perditio priuilegiorũ, quæ ab Imperatore concessa sunt de qua re in d. cõstit. pac. publ. Minsing. obs. 78. cent. 5. nu. 2. Vbi dicit in arbitrio actoris esse, vtrũ ad pœnam banni vel pecuniariã agere velit. Vbi igitur requisitæ violatæ pacis qualitates deficiant, magis
22. est, vt ad pœnas iuris communis de vi publica * ratione
23. simplicis spolij agatur. Quoties enim lex * vel statutum, plura coniunctim requirit, non sufficit alterum fieri, sed omnia adimpleri necesse est, per l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verb. oblig. Deci. cons. 177. nu. 1. incip. quod suprà Gail. d. c. 7. nu. 10. de pace publ. lib. 1. Et sic ad
24. recuperandam * possessionem, ciuiliter interdicto vnde vi potest agi, de quo ait Prætor, vnde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit de eo quæq; tunc ille ibi habuit iudicium dabo l. 1. in prin. ff. de vi & vi armata. Verùm re-
25. stitutio non solùm intelligitur de vno angulo * vnde quis vi deiectus sit, sed etiam ad omnem possessionis partem, qua quis caruit, cùm deijceretur, est referendum. Francis. Gratianus de Garzatoribus, in compendio iuris ciuilis part. 6. lib. 7. tit. 14. vers. IBI. autem ait Prætor per d. l. 1. §. ibi autem 37. ff. de vi & vi armat. quò loci Vlpian. sic decidit, & quæ illic non habuit complectatur, sed ablatorum restitutio fienda est in loco rapinæ commissæ Marian. Socin. sen. in c. excommunicationi num. 10. de raptorib.

Insuper

Insuper iudicium istud de vi & vi armata dicitur * annale. 26.
Est autem perpetuum de eo quod ad deijcientem peruenit, ita Petr. de bellapert. in d.l. 1. §. fi. Ibi, competit in id, quod ad eos peruenit ff. de vi & vi armat. Hæredes quoq;
in * tantum tenentur, quantum eius rei causa facti fuerint locupletiores per l. 2. C. de vi & vi armat. Franc. Gratianus d. part. 6. lib. 7. tit. 14. vers. vi pulsatos restituendos esse. Perned. in hanc sententiam multa citat iura, ad §. recuperandæ, sub fin. Instit. de interdict. Et licet remedium * Canonis redintegrandæ. 3. quæst. 1. iuxta commu- 28.
nem interpretum sententiam omnium dicatur vberrimum (sed huic præfertur iudicis officium, quo de infrà latius) attamen si quis negligens * possessionem suam per 29.
decem annos non recuperauerit, dicto Canoni redintegrandæ postea non erit locus. Nam post cursum decennij præsumitur obliuio, ex qua causatur amissio possessionis, l. si id quod. primo responso vbi gl. not. ff. de adquir. poss. & gl. in l. furtum §. 1. ff. de vsucap. Petr. Benintend. Rota Bononien. decis. 10. nu. 3. istam addit rationem * quia fa- 30.
cto suo & negligentia possessionem amisit, vnde post decem annos sibi illud remedium non competit. Etenim actio * ex constitutione pacis publicæ, nō est prætoria sed 31.
ciuilis, ideoq; spacio viginti annorum tollitur, sicut ferè omnia alia crimina publica tex. in l. querela C. ad leg. Cornel. de fals. Boss. tit. quomod. procedatur per action. in delict. nu. 17. Boer. decis. 26. nu. 7. cum seq. & probatur per tex. singul. in l. 2. & 3. ff. de req. reis. vbi habetur quamcunq; quæst. apud. Fiscum 20. ann. silentio præscribi diui principes voluerunt. vid. Panor. in c. cùm haberet, nu. 4. de eo qui duxit in matrim. Vbi communem scribentiū esse dicit opinionem Gail. cap. fin. num. 30. de pace publ. lib. 1. Cæterùm quæ ad probationem, recuperandæ possessionis necessaria sint, videri potest gl. notab. in c. cùm ad decimas de restit. spoliat in 6. Ex quo * agēti nihil aliud 32.

probare incumbit. Quàm vt primò ostenstat se spoliatum ab eo, qui conuenitur vel de mandato eius c. cùm ad sedem. dè restit. spoliat. gl. ibid. l. 1. §. si quis ff. de vi & vi ar-
33. mat. Secundò quod * tempore spoliationis possidebat. ad hoc conducit tex. in c. olim de restit. spol. Cùm spolium absq; possessione committi non censeatur d. l. 1. §. si quis ff. de vi & vi ar. Andr. de Isernia in c. 1. §. insuper si filius, num. 19. vers. videtur etiam alia ratio, de prohibita feud.
34. alien. per Frider. Etsi recuperandæ interdictum * pro rebus soli tantum detur, nihilominus etiam accessoriè, pro re mobili compedit, Ripa in leg. rem quæ nobis nu. 16. &
35. Zas. nu. 9. de acq. possess. Nam si res mobiles tunc, * cùm quis deijceretur in fundo vel in ædibus fuerint, earum quoq; occasione, hoc recuperandæ iudicio, deiectus experiri poterit d. l. 1. §. hoc interdictum & seqq. & §. quod autem ait prætor & l. 3. §. pertinet autem ff. de vi & vi armat. eruditè Vniuersitas Ingolstadiana, quodam iuris responso quod est, 24. inter consil. Kirchouij, num. 89. vol. 5. in
36. eandem condescendit sententiam. Quinimò * reditum annuum soluere vel iura debita recusans præstare, is possidentem spoliare dicitur, ideo contra detrectantem quis rectè agit interdicto vnde vi, vel ex constitutione l. si quis in tantam C. vnde vi Bald. in l. si quis conductionis C. lo-
37. cati. Gail. obser. 75. in prin. lib. 2. Hoc enim * interdictum recuperandæ dicitur restitutorium d. l. 1. §. rectissimè ff. de vi & vi armat. & §. recuperandæ. Vbi omnes Instit. de
38. interd. adeo id obtinet vt si incontinenti * dominij probatio offeratur, neutiquam in hoc possessorio recuperandæ admittetur gl. & Bart. per illum tex. in leg. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi. l. 1. ibi. sine vlla cunctatione restituant. C. per vim per alio modo. Dd. in l. naturaliter nihil commune ff. de acq. possess. Laurent. Kirchouius com. opin. centur. 3. concl. 81. per bon. tex. in l. si coloni C. de agric. & censit. lib. XI. quò loci Impp. Arcad. &
Hono-

Honoris rescripserunt, quòd primùm possessori celeri reformatione succurri oporteat, & postea causam proprietatis agitari Dec. cons. 57. nu. 6. Incip. pro tenui Ioan. de Imol. & alij Canonist. in c. post electionem, de concession. præben. Ioan. de Platea, in d. l. si Coloni, circa prin. docuit restitutionem possessionis, qua quis est spoliatus ita esse priuilegiatam, vt contra eam nulla opponatur exceptio, nisi alterius spoliationis, sed in continenti restitutio fieri debeat d. l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi Bart. ibid. & c. 1. & fin. de ordin. cognit. per not. in l. dolo ff. de dol. except. Scholares Colonien. d. Disputat. de recuperanda possess. thesi 6. pulchra quæq; in hanc adducunt sententiam. Huius tamen doctrinæ singularem adposuit limitationem Lanfran. de Orian. in repetit. Rubr. de caus. poss. & propriet. §. His præmissis nu. 44. nimirum vbi quis beneficio Ecclesiastico fuerit spoliatus. Nam vt quis beneficio * suo restituatur titulus ipsius beneficij coloratus 39.
ostendi debet glos. fin. in Clem. vnic. de caus. poss. & propriet. Innocent. in c. ex parte, de restit. spoliat. & Archid. in c. eum qui, de eo qui mitt. in possess. caus. rei ser. lib. 6. Nec omittendum quod tituli multiplicatio in beneficialibus ad cautelam esse dicatur Abbas. in c. in nostra, de rescript. Felin. ibid. istius doctrinæ tres ponit fallentias, Iohan. Donatus à Fina, in Enchirid. suo regular. iuris lib. 3. in verbo, Titulus. Alia præcellens limitatio, habetur apud Octauianum Vestrium in pract. Rom. curiæ lib. 7. cap. 3. nu. 7. quò loci in remedio recuperandæ inquit non satis esse actus possessorios ostendisse in casu status * qui aliàs 40.
ex principis indulto solet concedi sed amplius adminiculum, iuris desiderari, vtpotè si ageretur de possessione alicuius nobilitatis, vel patriciatus. Nam eiusmodi statum, nemo posset habere nisi ex principis indulto (quod de primæua acquisitione & cæteris paribus intelligendū.) Licèt enim natura possessorij, nihil commune * habeat 41.

cum causa proprietatis, vt scribunt omnes in l. naturaliter §. nihil commune ff. de adquir. poss. Verùmtamen res ipsa subiecta operatur, vt iudicium adnexam habeat proprietatis causam, sicut in dicto patriciatus exemplo, vel si de possessione beneficij vel alterius rei agatur, vbi quis statum habere non potest, nisi ex concessione principis, in quibus propterea responsum extat, satis non esse vt actor possessionem probet, nisi etiam de titulo docuerit c. 1. de reg. iur. in 6. Bal. in l. vnic. col. 2. C. si de moment. possess. app. Octauian. Vestr. loco prædicto. Andr. de Iser. d. c. 1. §. insuper si filius, nu. 19. in prin. de prohib. feud. alien. per Frid. per l. fine ff. de vsucap. aliaq; iura ibid. alleg. Quibus limitationibus & alia adijci potest ex Hermanno Vechteldo. I. V. D. quondam Assessore Cameræ Imper. demum à Repub. Lubescense in Syndicum vocato, & consule ibi. creato cons. quodam 17. apud Kirchouium, vol. 5. posito vbi respondit. nu. 6. Quòd videlicet dominus propria au-
42. thoritate * spoliare feudo alienato possit eum, cui facta est alienatio Afflict. in c. 1. §. nulla autem vers. nota ergo ista verba, nu. 18. per quos fiat inuestitura: maximè si emptor non dum habuerit possessionem pacificam, vt potè quia dominus directus à principio eum prohibuit, vt nō emerent neq; intraret. Et ipse inuito domino intrauit possessionem, & dominus statim eiecit eum. Nam tunc ait in-
43. terdictum * vnde vi iecto non competere, quia videatur dominus ius suū tueri & defendere, directo videlicet dominio propter venditionem vt allodialem spoliatur. Et
44. quòd hoc incontinenti * possit recuperare, putà infra triduum vel arbitrio iudicis, vt in l. 1. per gl. ibid. ff. de vi & vi arm. Hactenus ille Hermannus Vechteldus. Huc conducere videtur quod scriptum reliquit Andr. de Isernia in vsib. feudorum sub tit. de milite & Vasallo qui contumax est, num. 12. Vbi quærit an tali casu spolians aliquem sua possessione teneatur ad eam restituendam vel ad interesse?

esse? decidit subtiliter spoliantem ad interesse teneri per l. iustissimè §. fin. ff. de ædilit. edict. & l. si sterilis §. cùm per venditorem ff. de act. emp. Sed eorum quicquid sit, antè relata domini quondam Vechteldi doctrina confirmari potest, per Michael. de Grassis Pomeranum, lib. 2. com. opin. cap. 2. quæst. 16. Ibidem refert, quòd alienans * priuetur feudo ipso iure, nec requiri sententiam tex. in c. 1. §. 45. si Vasallus. Quæ sit prima caus. benef. amitt. Grat. cons. 9. nu. 134. vol. 1. Ias. in l. fin. nu. 103. & seq. C. de iure emphyt. Carolus Molinæus, quem adhoc idem Pomeranus alleg. in consuetud. Parisien. §. 30. nu. 27. tenet sententiam declaratoriam præcedere debere c. cùm secundum de hæret. in 6. & c. Episcopus de præbend. illo lib. & per Zas. in Epit. feud. part. 10. num. 7. Ioan. Borcholt. in eleganti suo tractatu feudali cap. 8. num. 157. tradit, cùm feudum ipso iure amittitur sententia * iudicis necessaria est, non 46. quidem priuatiua sed declaratoria tantum, licèt enim ipso iure vtile dominium siue vsus fructus amittitur, tamè ad auocandam possessionem necessaria est sententia declaratoria Aluarot. in c. Imperialem §. callidis num. 4. de prohib. feud. alienat. per Frider. Paris de Puteo in tract. redintegrationis feudi cap. 30. nu. 10. scribit esse communem opinionem, quod propter * auocandam possessio- 47. nem requiratur sententia. Idq; ob fructus medij temporis necessarium esse, idem Paris de put. cap. 57. nu. 9. & cap. 233. sub fin. per alleg. ibid. Omnia * namq; totius mun- 48. di iura, quæ pro crimine ipso iure pœnam imponunt ita procedunt. si declaratoria sequatur sententia, aliàs pœna non habet executionem Thomas Gram. decis. 15. nu. 8. Quæ tamen doctrina fallit in * notorio crimine actu per 49. manente, vt si Vasallus commisit notoriam rebellionem & in illa rebellione, actu persistat, hoc casu potest dominus de facto, nulla præcedente sententia declaratoria occupare possessionem feudi Afflict. in c. vnic. §. fin. nu. 4.

Quo

Quo temp. miles, Grammat. decis. 105. nu. 58. cum seq. Gail. pulchrè obser. 51. num. 8. lib. 2. cap. 3. de pace publ. lib. 2. tex. in §. 1. titul. qui sunt rebell. in extrauag. & per l. emptorem ff. de act. empt. l. si verò §. 1. gl. ibid. in verb. euidentissimè ff. qui satisd, cog. Vbi autem inter dominum & Vasallum ex causa inuestituræ, vel super amissione feudi contouersia suboriatur, tunc eam pares Curiæ decident. c. 1. §. pen. de proh. feud. alien. per Fed. & sic pares à litigantibus eligentur, & si in electione discordent, dominus vnum vel plures eliget, deinde totidem Vasallus eliget, vt inter vtrosq; sit æqualis in numero iudicum electio c. 1. de cōtra. apud par. term. Bal. & Aluarot. ibid. & c. 1. de contr. int. Episc. & Vasal. Cæteroquin dominus si Vasallum super feudo vel eius conditione conueniat, vtpotè, quod Vasallus rem feudalem esse negauerit vel ad Dominum (cui aliàs fidelitatem promisit) minimè spectare adseueret. Nam & tunc mendacij conuictus feudo priuatur c. 1. §. Vasallus, si de feud. cont. fuer. int. dom. & agn. c. fin. de leg. Corrad. Zas. in tract. feud. par. 10. nu. 51. quoniam Vasallus perfidia conuictus notatur infamia & feudum amittit c. 1. quib. ex caus. ben. amit. & c. 1. de form. fidel. Wesenb. in Epitom. feud. cap. 8. nu. 29. Cæterùm superiùs & consilio d. quondam Herman. Vechteldi scripsimus dominum directum incotinenti, hoc est infra triduum vel iudicis arbitrio ius suum recuperare posse per gl. in d. l. 1. ff. de vi & vi armat. eò non ineptè conducunt quæ respondit Wesenb. cons. 3. nu. 32. part. 1. Sed de hoc passu, quomodo videlicet quid incontinenti fieri dicatur variè reperitur scriptum esse, qua etiam de causa suprà §. 8. nu. 42. nonnulla habentur expensa, quibus ob materiæ scrupulositatem quippiam loco. ADDITIONIS. 203.
50. subijciendum censeo. Ideoq; inter * personæ & rei defen-
51. sionem, haud absonum fore sdistiguere. Hinc * factum quid dicitur incontinenti, quando rixa durante vel aggresso-

gressore discedente ad extraneos actus tractatur de personæ alicuius defensione, secund. not. in leg. petens C. de
pact. & in l. lecta ff. si cert. pet. quia aggressore* non discedente, præsumitur animus rixandi, nam ea quæ nullo 52.
actu extraneo interposito * aguntur incontinenti existimantur fieri l. cùm antiquitas C. de testam. l. hæredes palam §. vno contextu ff. illo tit. l. 1. §. qui præsens l. continuus in prin. ff. de verb. oblig. l. quòd ait lex. §. vlt. ff. de adult. Francisc. Zoannet. in tract. defension. part. 2. nu. 56. 53.
Diuertens siquidem ad * extraneos actus, tunc quid incontinenti factum non dicetur, Grauatius ad Octauian. Vestr. in pract. Rom. Curiæ lib. 7. cap. 3. in adnotat. verb. quo casu, num. 61. per exempla ibid. Sed si tractetur de re- 54.
rum defensione tunc * laxius quid dicitur incōtinenti factum esse, vt declaratur per gl. Bart. & Dd. in d. l. 1. §. cùm igitur ff. de vi & vi armat. & in c. olim, de restit. spoliat. Roman. in l. 1. §. 1. de verb. oblig. Ad hoc confert considerasse 55.
se qualitatem eiectionis * personæ deijcientis & rei inuasæ, ita Panor. in c. significasti el. 2. de homicid. arg. tex. in l. quod meo §. fin. ff. de acquir. possess. & in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. eod. tit. Zas. cons. 2. num. 14. vol. 1. incip. X. de B. ab Ecclesia, vbi dicit incontinenti 56.
recuperare * eum, qui recuperando omnem adhibuit diligentiam, ac post interuallum multarum dierum, idq; à fractæ pacis constitutione haud est alienum ordinat part. 2. tit. 9. §. 2. in fin. Ibi zu frischer that/ oder wañ er seine Freund vnd helffer haben mag/ id est, incōtinenti vel quando amicorum & defensorum auxilia queat habere. Adeo vt si dominus ab alio iniustè prouincia vel ditione sua pellatur, quod possit eam per occasionem legitimam recuperare, 57.
etiam * post decennium, & talis recuperatio non pro spolio. Sed continuatione possessionis intelligitur, quia licet ex interuallo fiat * recuperatio, tamen semper durare 58.
dicitur rixa, dum namq; animo se ad recuperandum præ- 59.

parat, eandem retinet possessionẽ, & tacitè cùm illo rixatur qui rem violenter ac naturaliter tenet Abb. in d.c. significasti, de homicid. Wesenb. cons. 19. nu. 49. vers. & ratio est part. 1. Gail. pulchrè cap. 16. nu. 15. & seq. de pace publ. lib. 1. per Dec. cons. 460. num. 17. incip. viso puncto Bald. in l. fin. num. 1. sub fin. C. de his qui à non domin. manu. sunt. Bart. in l. 3. §. cùm igitur ff. de vi & vi arm. Quò circa obiter notandũ, sic vbi exceptio spolij ante lit. contest. per ream partem actori obijciatur, quòd tali casu, reo imponi debeat, vt intra 15. dies spoliationem legitimè probet. Id minus si fecerit, iniungitur eidem reo vt litem contestetur, reseruata sibi hac exceptione post lit. contestatam, ita habet Electoralis constitutio Saxonica part. 1. constit. 6. haud dubiè ex fundamento c. 1. de restit: spoliat. lib. 6. Vbi Ioan. Andr. hoc signat. in summario, & gl. ibid. fusiùs declarat. Ad hoc igitur vt actio tollatur, reus exceptionem opponere habet necesse. Ordinaria est doctrina Bart. in l. si vnus §. pactus ne peteret num. 15. ff. de pact. Schneidevvin. §. in bonæ fidei nu. 4. Instit. de action.
60. Præterea notandũ * quòd in rebus mobilibus, statim quis perdat possessionem l. 3. §. Neratius & §. Nerua filius ff. de
61. acq. possess. Item quando tractatur de violentia * circa possessionis materiam intelligitur si fiat personæ pro rebus, quia aliàs non competit interdictum, vnde vi l. 1. §. 2. & § interdictum hoc & §. idem Labeo ff. de vi & vi armata. Interim quoq; videatur pulchra quæstio apud Iacob. Belvis. in practica crimina. lib. 1. cap. 10. nu. 53. & omnino. Marant. cons. 29. nu. 22. vers. præterea, & c. quò loci num.
62. 23. respondit quomodo * vis expulsiua altero ex tribus modis probetur, nimirũ aliquem personaliter fuisse expulsum, vel quod reuertens nõ fuerit admissus, vel quod metu non sit reuersus per Bald. in l. si quis in tantam col. 3. in fin. C. vnd. vi Castrens. cons. 205. vol. 2. vid. pulchrũ casum apud Conrad. Lagum, in sua iuris ciuilis methodo

par. 4.

part.4.cap.13. nu. 16. vbi docet, quomodo quis solo animo possidens vi eiectus de possessione intelligatur, per l. 1.§.idem Labeo ff.de vi & vi arm. Ita fieri posse si quis metu eorum, qui per vim occupauerint ipsius agrum non audeat eum ingredi. Nam & isto casu corporalis interuenit vis, occupata videlicet eius possessione. Violētia enim semper * dicitur committi. quando quis id, quod sibi de- 63.
beri putat non per iudicem reposcit, vt inquit tex. in l.extat ff. quod met. caus. Alex.cons. 127. col. 3. vers. tertiò etiam vol. 5. Marant. cons. 31.nu. 7. Vnde possessionem ingrediens iudicis authoritate nō cōmittit vim per Bart. in l. meminerint C. vnde vi, nu. 8. sub.vers. hoc permisso sequitur Aretin. in §. quadrupli nu. 36. vers. quid si quis ingrediatur. Instit. de action. Bursat. cons. 269. nu. 1. incip. in causa consortum. vol. 3. Verùm si quis incontinenti recuperare, & hoc pacto sibi authoritate propria ius dicere valeat, is à iudicis * interpellatione sibi caueat. Nā 64.
si eum adiuerit, perdit illam facultatem, sed via iudiciali quàm vtiq; elegit, experiatur: ita docuit Bald. in l. 1. col. 1. C. de execut. rei iud. idem in l. ædem. col. pen. vers. tertiò quæro Dec. cons. 146. col. 4. vers. tertiò considerandum. Si quis igitur eius nomine iudicem adire maluerit, quinque vberrima * remedia ad hoc ei sunt comparata, quæ ex 65.
ordine recenset Lanfranc. in repetit. rubr. de caus. possess. & propr. §. His præmissis in prin. Interdictum videlicet, vnde vi. condictio leg. si Coloni C. de agric. & cen. lib. XI. officium iudicis, vt in l. non tantum in prin. & ibid gl. ff. de petit. hæred. & l. Aquilius Regulus ff. de donat. & l. manifestissimi §. sed cùm in secunda vbi glos. C. de furt. Bart. ibid. Item condictio ex canone redintegrandæ 3. quæst. 1. & condictio ex decretali sæpè, de restit. spoliat. de quib. omnibus vid. antè relatam Disputat. Coloniens. de recuperand. poss. thes. 24. 25. & 27. Vbi plura enumerantur remedia. Quorum tamen omnium * præstantissimum iu- 66.

dicis officium esse reor, authoritate Menochij de recuperand.poss. remed. vlt. nu. 35. Vbi multis comprobat sine libello & lit. cōtest. omni prorsus iudiciali strepitu excluso procedi & sic longè commodius esse hoc remedio experiri, quàm interdicto vnde vi, vel d. c. redintegrandæ,
67. in quo * aliquis ordo requiritur Dec. in c. bonæ memoriæ, num. 22. de appell. Ripa in d. c. sæpè num. 10. de restit. spoliat. Attamen executio fit officio iudicis mercenario, quod sententiæ deseruit, neq; prius nascitur, quàm
68. sententia in rem transeat iudicatam, licèt actio * iudicati ex quasi contractu in ipsa oriatur sententia Bald. in l. 1. C. de execut. rei iud. Petr. Peckius de iure sistendi cap. 2. nu. 4. per iura prædicta, vbi quoq; citat Rebuff. ad ord. reg. tom. 1. in tract. de lit. oblig. art. 6. gl. 1. & 2. Aduertendum etiam quod spoliato agenti recuperandæ interdicto exceptio sententiæ latæ opponi possit contra eundem spoliatum in spoliatoris fauorem, super eadem re à qua spoliatus fuit, communem dicunt Angel. & Imola, Cuman. Alex. & alij in l. naturaliter §. nihil commune Ias. ibi. nu. 43. de acq. possess. Ripa ibid. nu. 35. & Castr. in l. 2. C. de edicto Di. Adr. toll. Ferdin. Vasq. de Illustrib. controuer. lib. 2. cap. cap. 86. vers. Septimus intellectus, nu. 17. vbi hoc multis firmat authoritatib. Cæteroquin hæc propter superiùs relata, signanda erit cautela, si quis iudicem adi-
69. uerit, & protestando * sibi ius propria authoritate expellendi siue intrandi reseruauerit eo casu non perdit facultatem sibi ius propria authoritate dicendi, quia talis protestatio sibi prodest, nam dependebat ex suamet propria voluntate Alex. in cons. 131. col. fin. vol. 4. Dec. cons. 146. col. 5. Marant. in tract. de remed. possess. nu. 79.

IVxta hoc quæritur de tali quæstione, statuto Cauetur, quòd nemo audeat vel præsumat accedere ad aliquam Ecclesiam capiendā quocunq;

cunq; titulo vel causa absq; licentia potestatis sub pœna mille floren. Modo quidam cum armatis accessit prope Ecclesiam vsque sine licentia, & audito, quod aduersarij erant fortiores, metu recessit. Accusantur ad pænam statuti, quæritur quid iuris. Respondeo si in Ecclesiam vel cohærentiam eius ingressus est punitur pœna statuti, aliàs non, quia omnis pæna quæ imponitur pro violentia, requirit factum consummatum, vt not. in l. sed & patris §. fin. ff. quod met. caus. Et ideo intelligitur de accessu facto in rem ipsam, vel coniunctã ipsi rei, siue concretam, quia iste vadit, sed nõ iuit. arg. no. de vsufr. l. arboribus §. de illo.

Additio. 204. Nam à paripotentia causæ* par effectus procedit l. de quibus ff. de legib. l. 1. §. Veteres ff. de adq. poss. Bald. in l. conuenticulam C. de Episc. & cler. Et sic propter coniunctionẽ * vnius rei potestate fungi censendum est arg. l. planè la 1. in prin. ff. de legat. 1. Francisc. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 3. nu. 8. alleg. Ioan. de Imol. in l. item quòd Sabinus num. 3. ff. de hæred. institut. 70. 71.

11. §. FIN. DE ADIPISCENDA POSSES. DISSERIT.

Summaria.

1. Interdictum adipiscendae dicitur perinde *simplex & restitutorium, quàm possessionis recuperandæ iudicium.*
2. *Interdicta quibus alter actor & alter reus est vocantur simplicia.*

3. *Actor is dicitur qui ab altero qui postulat. Reus à quo postulatur.*

4. *Interdictum appellatur simplex, vbi vnius postulatio tantum profertur.*

5. *Duplicia enumerantur iudicia, quæ petitoria sunt veluti familiæ erciscundæ communi diuidundo & finium regundorum.*

6. *Possessorē actoris vice fungi, in seruitutū controuersijs patet clarū. Itemq; ijs de rebus interdicta sunt prodita, quarū nomine nulla iure ciuili actio introducta constat & frustra actionē desideramus honorariā, cùm legitima sit comparata.*

7. *Interdictum quorum bonorum, competit ei cui prætor bonorum dedit possessionem ex testamento vel ab intestato.*

8. *Interdictum adipiscendæ est ei inutile, qui adeptam possessionem amiserit, sed aget rei vendicatione.*

9. *Hæres postquam adeptus fuerit possessionem, non dicitur amplius hæreditas, ideoq; petitio hæreditatis non competit.*

10. *Hæreditaria res per apprehensionem definit esse.*

11. *Restituere verbum habet significationem per se dandi possessionem.*

12. *Reddendi verbum habet significationem per se dandi proprietatem.*

13. *Restituere & erogare quomodo discrepent remissiuè.*

14. *Quorum bonorum iudicium à petitione hæreditatis multis modis differt.*

15. *In hæreditatis petitione petit quis se heredem declarari.*

16. *In adipiscendæ interdicto petit quis rerum restitutionē principaliter vt hoc ille restituat, etiamsi fuerint feudalia cum sua causa & fructib. quæ hæredi absunt, & num. 17.*

18. *Restitutio earum rerum fiet quæ dolo detentoris absunt.*

19. *In petitione hæreditatis tenetur quis se filium & hæredem probare, & bona in hæreditate fuisse.*

20. *In adipiscendæ iudicio non requiruntur exactæ probationes, sed summatim ostendisse sufficit.*

21. *Exceptio dominij per legatarium hæredi ex bonis defuncti Falcidiam detrahere volenti non potest obijci.*

22. *Falcidiam si constet detrahendam non esse, tunc cessat interdictū adipiscendæ.*

23. *Exceptio proprietatis per adipiscendæ possessionem non excluditur si incontinenti probetur.*

24. *Hæreditatem nuda voluntate consequimur, sed in bonorum possessione requiritur, vt eam coram prætore agnoscamus ac is decretum suum interponat.*

25. *Hæreditas intra spacium 30. an. peti potest, vbi tamen pro hærede res mobiles triennio & immobiles decennio vsucapiuntur & præscribuntur. Bonorum autem possessio à liberis intra annum petenda est, ab agnatis autem spacio*

centum

centum dierum, vbi etiam paucis additur bonorum possessionem iuris esse, non autem facti remissiuè.

26. *Saluianum interdictum adipiscendæ possess. causa datur.*

27. *Saluianum interdict. competit domino fundi pro rebus Coloni siue res sit apud Colonum siue apud tertium, & num. 28.*

29. *Adipiscendæ interdicto remedium affine est l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.*

30. *Hæreditatis aditio necessaria est, antequam in possessionem quis mittatur.*

31. *Hæreditatem propria authoritate apprehendere consultius est, quàm per iudicem petere immitti.*

32. *Hæreditarias res si nemo occupet, successor aliquo interdicto non indiget, sed vacuam possessionem apprehendere potest sine iussu iudicis.*

33. *Executores testamenti hæredum vice funguntur.*

34. *Potentior manu armata possessionem ingredi potest antequam iudex prouideat, sed caueat legatarius, ne sine hæredis voluntate rem legatam occupet.*

35. *Possessionem qui prius ingreditur, in possessione efficitur potior, quia aduersarius se repelli posse suspicatur. Item quod bonorum possessio in mixto consistat Imperio.*

36. *Possessionis quæstiones tot sunt, quod sunt possessoria interdicta.*

37. *Interdict. adipiscendæ datur ei qui loco hæredis est.*

38. *Interdicta retinendæ causa comparata in rebus immobilibus vti possidetis, sed vtrobi in rebus mobilibus obtinet.*

39. *Interdictum recuperandæ possessionis est, vnde vi quod datur alicui de possessione eiecto, illi quoq; competit beneficium constitutionis l. si quis in tantam C. vnde vi. potest etiam agi lege Iulia de vi publica vel priuata.*

Additio. 205.

AD extremum, coronidis loco enarratis (quæ potissimùm de prohibitorio ex duplici retinendæ iudicio & parùper de restitutorio ac simplici recuperandæ possessorio disponunt) in super erogationem de adipiscenda possessione, quàm breuissimè id fieri, quædam haud inutilia, censui adijcienda: eò id maximè quod perinde simplex & restitutorium dicatur * interdictum, quàm possessionis 1. recuperandæ iudicium §. recuperandæ. Ibi, cogitur ei restituere possessionem Instit. de interdict. & §. tertia diuisio Instit. eod. Vbi Franc. Hotoman. clarè docet * interdicta 2. quibus

quibus alter actor alter reus est, simplicia vocari per l. 2. ff. de interd. in pr. quò loci I.C. Paulus disertè respondit, exhibitoria & restitutoria esse simplicia, vnde manifestus error in d.l. 2. §. vlt. sub. fin. deprehenditur, ex quo interdicta recuperãdæ & adipiscendæ possessionis duplicia minus aptè vocantur, quòd etiam suprà in §. 7. nu. 73. cum
3. aliquot sequentib. apparet signatum, cùm actor * is dicatur qui ab altero quid postulat: Reus à quo postulatur, vbi
4. igitur postulatio vnius tantum profertur, * Ibi simplex appellatur interdictum Hotoman. d. §. tertia diuisio, vbi insignis est tex. Instit. de interd. extant nihilominus, vl-
5. tra retinendæ interdictum duplicia * iudicia, quæ petitoria sunt, vtpotè familiæ ercifcundæ l. 2. §. 3. l. inter §. qui familiæ 4. ff. famil. ercisc. Item communi diuidundo l. 2. ff. com. diuid. & finium regundorum l. iudicium ff. fin. regund. d. l. 2. §. fin. com. diuid. quæ tamen quò ad iudicij ordinationem sunt accipienda l. in tribus ff. de iudicijs, sed non quò ad litis decisionem gl. & Dd. in l. duo iudices ff. de re iudic. Wesenb. d. §. tertia diuisio Instit. de interd. vers. quemadmodũ. Porrò notandum casum esse in quo
6. qui * possidet nihilominus vicem actoris sustinet, id conspicuum est in seruitutum controuersijs, vt intelligi potest ex tit. ff. si vsusfr. petat. l. vti frui §. vlt. vbi Iulian. etiam possessori actiones competere ait. & in l. 6. §. sciendum ff. si seruit. vend. in ijs seruitutibus eum esse possessorem iuris & petitorem ostendit ita refert doctiss. Nicolaus Cisnerus quondam Imper. Cameræ Assessor in §. æquè sub fin. Instit. de actioib. Interea sciendum est, ijs de rebus interdicta tantum esse prodita, quarum nomine, nulla iure ciuili actio iutroducta constat tex. est apertus in l. interdictum ff. de precario Frustra enim actionem desideramus honorariam, cùm legitima comparata sit leg. 3. §. miratur igitur ff. de Naut. caup. stabul. ita acutissimus ille Iohan. Vaudus, Pedemontan. variar. quæstionũ, lib. 1. quæst. 33.

Adipis-

Adipiſcendæ itaq; ſunt (quemadmodum eruditè Cuiacius in paratit. ad Cod. tit. Quorum bonorum deſcripſit) quæ competunt his, qui antè nacti non ſunt poſſeſſionem, & ex hoc genere eſt interdictum quorum * bonorum, quod competit ei cui prætor dedit bonorum poſſeſſionem ex teſtamento vel ab inteſtato. Et rectè dicit ijs competere, qui antea poſſeſſionem non ſunt adepti, cùm ei hoc interdictum inutile ſit, * qui adeptam poſſeſſionem amiſerit text. in d. §. tertia diuiſio, verb. ideo autem Inſtit. de interdict. vbi Accurſius, in verb. inutile, inquit, amodo rei vendicatione agi poſſe, cùm ſit dominus: ſimilis eſt gloſ. in leg. 1. verb. hæreditas ff. de fideicomiſs. hæred. pet. & Bart. in leg. fin. illo tit. Vbi hanc pulchram adijcit rationem, poſtquam hæres * adeptus eſt poſſeſſionem non dicitur amplius hæreditas. Ideo non competit hæreditatis petitio, ſed magis vt quis rei vendicatione experiatur, maximè poſt acquiſitam poſſeſſionem Deci. in l. hæreditas verſ. & iſta concluſio ff. de reg. iur. alleg. Alex. conſ. 89. incip. viſo puncto in prin. vol. 2. nam per * apprehenſionem deſinunt eſſe res hæreditariæ Dec. in d. l. hæreditas num. 4. Roland. à valle conſ. 1. num. 16. vol. 1. vbi reſpondit, quod res & poſſeſſio rerum hæreditariarum deſinit eſſe hæreditaria leg. 1. §. veteres & ibi Doct. ff. de acq. poſſeſs. per multas authoritates ibid. Hoc quoq; ipſum eſt de mente Petri Iacob. Aurelian. in ſua practica. tit. de action. in fact. ex interdicto quorum bonor. nu. 15. vbi etiam tradit, num. 17. quòd verbum * reſtituere habeat ſignificationem per ſe dandi poſſeſsionē iuxta not. Dd. in l. 1. §. 1. ff. quor. bon. ſicut & verbum reddendi habet * ſignificationem per ſe dandi proprietatem text. in l. verbum reddendi 94. ff. de verb. ſignif. huic addatur eum qui reddere ſimul & dare iuberi l. hæres meus in prin. ff. de legat. 3. idem probatur in l. ſi verò non remunerandi §. idem Papinianus, ibi, reſiduum pretij redderet & ibid.

Margin numbers: 7. 8. 9. 10. 11. 12.

PP pretio

pretio reddito ff. mand. & in c. duo sunt in fin. 12. quæst. 1. Ibi, decimas reddere: quomodo autem restituere dis-
13. crepet * ab erogare, habetur apud Marian. Socin. sen. in
14. c. cùm sit, nu. 28. & 29. de Iudæis. Cæterùm istud * quorum bonorum iudicium differt à petitione hæreditatis multis modis per gl. in rubr. C. eod. tit. Sed duæ differentiæ principaliter nobis ex Bart. in d. l. 1. nu. 4. ff. illo tit. obuiam veniunt adnectendæ. Quibus etiam alia subijci-
15. tur. Prima est quod aliquis * in petitione hæreditatis petat se hæredem declarari, & per iudicis officium fit rerum
16. restitutio l. licet ff. de pet. hæred. Verùm * in adipiscendæ interdicto, petit quis rerum restitutionem principaliter, vt hoc illi restituat, etiamsi fuerint feudalia c. 1. §. inter vbi feudist. si de feud. de funct. Dec. cons. 424. incip. Quæ-
17. ritur. Item cum sua causa * & fructibus, quæ hæredi vel bonorum possessori absunt per text. l. in interdictis ff. de interdict. Nec solùm earum rerum quæ ab aduersario deti-
18. nentur fiet restitutio. Sed etiam * quæ dolo aut culpa detentoris absunt, quòd fortè vsucapi fuerat passus vel fraudulenter alienauit tex. est conueniens, in d. l. 1. ff. quor. bonor. Ibi, possideresve, si nihil vsucaptum esset, quòd quidem dolo malo fecisti, vt desineres possidere id illi restituas. Et per consequens (ait Bart. in d. l. 1.) ostenditur in modo sententiandi diuersitas, quia in petitione hæreditatis declaratur quis nam sit hæres. Sed in hoc interdicto aliquis simpliciter ad rerum restitutionem condemnatur. Secunda differentia est in modo probationis. Ete-
19. nim * in actione petitionis hæreditatis tenetur quis se filium & hæredem probare & bona in hæreditate fuisse. In
20. adipiscendæ autem interdicto, de ijs * quæ ad hoc pertinent summatim sufficit docuisse per gl. in d. l. 1. verb. petiturus C. quor. bon. vbi Bart. dicit in hoc nõ tam exactas probationes requiri, vt in ordinarijs iudicijs desiderãtur. Ideo non aliæ curiositates, quàm in cæteris interdictis, tan-

tanquàm ſummarijs iudicijs oſtendiſſe opus eſt Bart. in conſtit. ad reprimend. verb. ſummariè. Quomodo in crimen. læſæ Maieſt. Idem Bart. in l. 3. ff. ad exhibend. Scholares Colonien. in diſput. de adipiſcen. poſſeſs. concluſ. 21. Quæ doctrina obtinet in hoc poſſeſſorio iudicio, aut hæredi legatorum nomine * ex defuncti bonis falcidiam 21.
detrahere volenti exceptio dominij per legatarium obijci nō poſſit, etiāſi legatarius ſtatim de iure ſuo doceat; quia exceptio dolo facit, &c. non habebit locum præſertim ſi velit Falcidiæ detractatione vti loco retentionis in re legata, per not. in leg. 1. C. quor. legat. Bart. in l. 1. num. 3. & ſeq. ff. illo tit. quor. legat. Sed Menoch. de adipiſcen. poſs. remed. 2. num. 110. dicit hanc iuris quæſtionem, ob maximam opinionum controuerſiam eſſe difficilem. Verùm in eam condeſcendit ſententiam, nimirum ſi falcidia veniat detrahenda, eo caſu exceptionem dominij non poſſe obijci, ita affirmarunt antiqui omnes Bart. Alberic. Angel. & Ripa communem tradunt in d. l. 1. in prin. ff. quor. legat. Sin autem conſtet falcidiam * non eſſe de- 22.
trahendam, tunc ceſſat hoc interdictum, tanquàm præcipua ratio ob quam à prætore iſtud cōceſſum eſt Menoch. d. remed. 2. num. 12. verſ. primus eſt, & verſ. ſecundus eſt caſus. Vbi hanc quæſtionem amplè diſcutit, & ſic locus erit reſponſo Roland. à valle conſ. 1. num. 26. vol. 1. inquientis per adipiſcendæ * poſſeſſionem, non excludi 23.
exceptionem proprietatis, quæ incontinenti probatur. Supereſt & alia inter hæreditatem ac bonorum poſſeſſionem differentia, * quod illam nuda conſequamur vo- 24.
luntate §. fin. Inſtitut. de hæred. qual. & differ. Sed in iſta bonorum, (inquam) poſſeſſione, requiritur vt coram prætore eam agnoſcamus, & is decretum ſuum interponat l. 3. §. ſi cauſa ff. de bonor. poſs. Item hæreditas poteſt intra ſpacium * 30. annorum repeti, l. licet, vbi not. C. de iure 25.
deliber. ſi quis autem iuſto errore poſſideat res hæredita-

rias pro hærede, iustus error habetur pro titulo, quantum ad vsucapionem & longi temporis præscriptionem, sic quod res mobiles vsucapit triennio & immobiles decennio inter præsentes, & 20. annis inter absentes, vt expresse tradit glos. ad Rubricam C. quorum bonor. & Bart. post glos. in l. 1. per illum text. ff. eod. qui ad hoc multum est ponderandus. Eandem doctrinam sequitur Iason. in §. actionum, num. 222. Instit. de action. dum dicit. Nota quod quàmuis iustus error habeatur pro titulo quantum ad vsucapionem & præscriptionem, non tamen habetur pro titulo quantum ad repellendum eum, qui agit petitione hæreditatis, vel interdicto. Quorum bonorũ. Quod reputat (inquit) Bart. multum esse notandum, in leg. 1. ff. Quorum bonor. & cum Bart. concordat. Iacob. Butrig. in leg. 1. C. illo tit. ita subtiliter doctissimi professores Vniuersitatis Louanien. inter Kirchouij respons. cõs. 8. nu. 9. verb. Item tenet, & vers. seq. vol. 3. Bonorum siquidem possessio à liberis intra annum petenda est, ab agnatis autem vel cognatis spacio centum dierum §. cùm igitur Instit. de bonor. possess. Georg. Lauterbeg. de differentijs iuris lib. 1. pag. (mihi) 59. Plura & quidem iuri consona de bonorum possesione & petitione hæreditatis videre liquent apud Matthæum Gribald. in commentarijs suis & præcisè in rubricam C. qui admitt. ad bonor. possess. possint, quò loci vult bonorum possessionem iuris esse, non
26. autem facti. Præterea Saluianum * interdictum, quod possessionis adipiscendæ causa comparatum est huc perti-
27. net, quo namq; experitur dominus fundi * de rebus coloni quas pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset text. est in §. adipiscendæ sub fin. Instit. de interdict.
28. Item siue res sit * apud colonum siue apud tertium datur enim tanquam realis actio contra possidentem Dd. in l. 1. ff. de Saluian. interdicto. vbi Wesenb. in parat. Bart. ac alij, in l. 1. C. de precario & Saluian. intertdicto. Etsi aliquid

quid ex illis rebus alienetur, vtilis erit actio per interpretationem interdicti aduersus extraneos possessores rerum alienatarum l. 1. in prin. ff. de Sal. interd. Oldendorp. in classibus sub tit. de Saluiano interdicto classe, 2. actio. 3. vers. directa est hæc actio. nec non pro damno, si quod in eodem fundo contulit leg. 1. ff. de Saluia. int. & arg. leg. non solùm ff. in quib. caus. pig. tac. contrah. Nam hoc tacitè pepigisse intelligitur leg. certi iuris C. de locato. Remedium verò huic adipiscendæ possessorio * affine cerni- 29.
tur ab Imperatore introductum esse l. fin. C. de edict. Di. Adrian. tollend. vbi Alex. Iason. & cæteri volentes quem vigore eius remedij in possessionem esse immittendum. Sed * antequam in possessionem quis mittatur, necessari- 30.
um est, vt prius hæreditatem adiuerit, (Ferdin. Vasq. de illustrib. controuersijs cap. 61. num. 8. lib. 2. inquit hæreditatis aditionem præsumi,) & sic aditio præcedat missionem, vt Viglius Zuichem. quond. Assessor. Imperalis Cameræ scripsit ad Rubr. C. de edict. D. Adrian. tollen. vbi num. 8. id ex glos. notauit, quò etiam loci contrarijs solutis adijcit necesse fore, vt quis per iudicem in illam mittatur hæreditatem. Sicq; illum titulum hodie practicari solere, quia nonnulli ciuiliores videri cupientes, nolunt etsi possunt hæreditatem possidere, nisi id faciant iudicis authoritate per l. iustè ff. de acq. poss. Quibus tamen, iuxta Viglij sententiam multò esset * consultius, si ipsi ap- 31.
prehenderent hæreditatem, quàm si in ipsius possessionē mitti petant, propter controuersias, quæ ex ipsa missione plerumque oriuntur. Sin autem * nemo res hæreditarias 32.
occupet, non opus habet successor aliquo interdicto, sed potest possessionem vacuam tanquàm dominus propria authoritate apprehendere Bart. in l. 2. C. quand. & quib. quarta part lib. 10. vbi tradit quòd hæres per d. l. fin. C. de edict. Di. Adrian. tollen. adeò vt etiam possessionem vacantem mulier ob illius dotis titulum propria authorita-

te impunè capere possit. Dec. cons. 200. post prin. & Neuizan. cons. 82. num. 29. cum seq. quos refert. & sequitur Bursat. cons. 425. num. 20. incip. nobili domino, vol. 4. Vnde nec is qui tanquàm dominus est excludatur, quò minus possit etiam, propria authoritate & sine iussu iudicis possessionem ipsam apprehendere. Idem Bart. in l. ex facto la. 2. col. 2. vers. quid ergo dicemus Bald. ibid. vers. Ista opinio nō placet ff. de hæredib. instit. Decianus. cons. 41. nu. 37. vol. 3. incip. super qua difficultate: caueat tamen legatarius, ne rem legatā sine ipsius hæredis voluntate occupet, nisi id testator vltimo suo elogio disertè permiserit l. Titia §. Lucius ff. de leg. 2. deq; eo si minus appareat, & legatarius etiamsi non vi & clam rem legatam apprehenderit, cadit à iure suo leg. non est dubium Dd. ibid. C. de legib. & incidit in leg. si quis in tantam C. vnde vi ita Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi, de legatis. tit. 6. Cautel. 12. incip. legatarius, in prin. Corne. cons. 207. incip. de pluribus col. fin. vol. 2. per leg. clam possidere §. fin. ff. de acq. possess. maximè si legatarius rem post aditam hæreditatem occupauerit, non aliter in leg. 1. §. rediguntur ff. Quor. legat. Roman. cons. 313. incip. circa propositam, Dec. cons. 424. incip. proponitur, col. fin. Sin autem legatario res titulo institutionis relinquatur secus dicendum foret l. cùm hæredes ff. de acq. poss. Bart in leg. ex facto. 2. ff. de hæred. Instituend. quem sequitur Alex. in leg. quoties col. 3. ff. illo tit. Barbat. in c. Raynutius col. 63. ext. de testamen. & Decius. in leg. fin. C. de edict. Di. Adr. toll. Sed ad probandam apprehendendi licentiam à testatore permissam, sufficit qualiscunq; actus etiam inualidus leg. qui à patre vbi Bald. ff. de confirm. tut. & leg. fin. Bart. ibid. ff. de rebus eorum. Dec. cons. 172. incip. in causa venerabilis vers. Nec obstat quòd talis constitutio, sequitur Ioan. Dilect. in d. tract. de Testam. ordinand. tit. 2. cautela. 3. incip. si solennitas, num. 3. vers. Citramon-

montani, vbi testatur esse communem Dd. opinionem, per alleg. Nec omittendum quod testamenti alicuius executores, * etiamsi propriè non sint hæredes nihilominus 33.
hæredum vice funguntur, & dicuntur quasi hæredes, vt Canonist. in c. cùm tibi de testament. pulchrè Iohan. Sichard. in leg. fin. num. 5. C. de edict. Di. Adrian. toll. per alleg. ibid. Vt vt præfata se habeant, ad vberiorem cautelam eueniente casu obseruandum, vt is qui potentior est manu * armata possessionem ingrediatur antequam iu- 34.
dex prouideat & deinde aduersarium moneat, si è re sua esse putauerit, ad possessionem eat, si non iuerit, quia repelli posse suspicatur, statim is possessionem amittit, & hic qui * ingressus potior in possessione efficitur. Hanc cau- 35.
telam considerauit Speculator in titulo de possessorio & petitorio, col. pen. vers. nota tamen diligenter in princ. quem sequuntur Abb. in c. licèt causam col. pen. de probat. Dec. in d. l. fin. num. 7. ibid. Zuchard. num. 134. vers. & isto casu C. de edict. Di. Adria. toll. Menoch. de adipisc. possess. remed. vlt. num. 33. per adducta ibid. In danda bonorum possessione mixtum consistit imperium non item iurisdictio l. imperium, vbi tex. est clarus ff. de iurisd. om. iudic. & sic prætor imperio vtitur, non autem iurisdictione, quæ propriè non consideratur, cùm inter litigatores ius dicitur, per tex. in l. iubere cauere ff. illo tit. & l. ea quæ ff. ad municip. ac l. cùm quæritur ff. de stat. hom. Ioan. Corasius in Miscell. lib. 3. cap. 17. num. 17. cum seq. Quibus sic de præinsertis possessorijs interdictis ac eorum natura ostensis, non inconuenienter id, quod alibi adposuit Martin. in summa tit. de caus. possessionum subijcere visum fuit. Possessionis ait * quæstiones tot sunt, quot 36.
interdicta sunt possessoria, sunt autem adipiscendæ possessionis, retinendæ ac recuperandæ: Interdictum * verò 37.
adipiscendæ possessionis datur bonorum possessori, id est, ei, qui est loco hæredis & datur pro rebus hæreditarijs §.

adipiscen-

adipiscendæ Instit. de interdict. Et hoc remediũ in omni procedit hærede, etsi manifestè constaret bona esse feudalia, cùm eadem vigeat ratio, quòd hæres super possessione defuncti fundatam habeat intentionem, quæ est eiusdem qualitatis, Franc. Bursatus eruditè in cons. 349. nu. 1. incip. licèt existimẽ, vol. 4. iux. Bolognet. cons. 5. nu. 19. & 20. vbi de comuni, & per infinitas authoritates apud eund. Burs.
38. d. nu. 1. Item possessionis * retinẽdæ causa comparata sunt interdicta vti possidetis & vtrobi. Sed vti possidetis interdictũ locũ habet in rebus imobilibus: vtrobi verò in reb⁹
39. mobilib⁹. §. est interdict. Instit. eod. Item interdictũ * recuperãdæ possessionis (quod datur alicui eiectò de possessione) est vnde vi. Illi etiam datur beneficium constitutionis l. si quis in tantam C. vnde vi. Potest quoq; agi lege Iulia de vi publica si cum armis, vel priuata si sine armis facta sit deiectio §. recuperandæ. Instit. illo tit. de interdict. Hactenus Martinus, quo de paulò antè: videatur additio in summa Hostien. tit. de caus. possessionis. Ibi. desiderari hoc loco videtur rubricella de quæst. possessionum, &c. Plura si quis de interdictis desideret ea ex doctissimis DN. Iacobi Menochij commentarijs (quæ eorum nomine ex professo luculentissimè habentur diuulgata) vbertim sumi possunt. Si quid tandem in hisce additionibus minus concinnè reperiatur dispositum, eius nomine candidum lectorem obnixè rogatum cupio, vt non liuoris studio, sed charitatis amore castigandum accepiet. Planè inficiàs non eo, quin isthæc celeberrima Baldi nostri disputatio, velit Apollinis oraculũ à famosissimis I.C. (si quidem bona eorum pars in limine huius opusculi præsignata conspicitur) frequenter adoretur, ideo sublimiori circa praxin occurrentem elimatione indigeat. Quippe in huiusmodi lucubratiuncula, si quid iteratum cuiq; obuiã fiat id potissimùm Baldi ipsius attribuatur dispositioni, quàm ex æquo magis fore imitandam, iudicaui. Cùm alias iuris

prin-

principijs imbuti tritum illud exactè norint. Superflua (inquam) adijcere satius esse, quàm necessaria obliuioni tradere. In istis (vt verùm fatear) vel superuacuis siue necessarijs aut etiam vtilibus, amantissimus quicunq; lector probè sibi persuasum habeat, me nunquam eos à quibus dedici occultasse. In cuius rei argumentum nomenclaturam authorum, è thesauro meo exhibitorum alterius vel etiam indicis loco subnexam iri sum arbitratus. Nam laudis alienæ occultator, haud impar furi rectissimè intelligi debebit, eleganti argumento l. hæreditatũ §. fin. per illum tex. ff. ad leg. Falcid. Quò apprimè confert illud Plinij ad Vespasianum in proœmio naturalis historiæ admodum sincerè ita inquientis. Benignum est & ingenui pudoris plenum fateri per quem profeceris. Sane infelicissimi est ingenij malle deprehendi in furto quàm mutuum restituere. Cæterùm de infanda quadem re queritari subinde impellor, quòd quidam legulei, in togatum nostrum ordinem se ingerere volentes, calumniandi ingluuie adducti libellum famosum in vituperationem alicuius mei scripti, ab eisdem vespertilionibus multis modis deprauati, nomen suum non profitentes, scelerate sparserũt. Idq; eò minus ipsorũ vocationi conuenit, cùm in ea, vt ex famoso eorũ scripto fortassis colligitur, laureatos esse suspicor. Quicquid horũ sit, si enim reueta docti essẽt, pro iure vtiq; nõ redderenr iniuriã c. qualiter & quando per illum tex. de accusat. & arg. l. meminerint. in prin. C. vnde vi. Qua de causa oportuit eos Imper. edicti meminisse, cuius patrocinium imploro ex perinsigni tex. l. vnicæ C. de famos. libell. vbi sanctè dispicitur, si quis non statim famosas chartulas vel igne consumpserit, sed vim earum manifestauerit, sciat se quasi authorem huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugandum, gl. ibid. inquit non per libellum famosum, sed per accusationem solemnem crimina (si qua in promptu forẽt) pandat. Adeò vt si quis

nocentem infamauerit, tamen diffamans iudicis arbitrio veniret puniendus, constit. Carol. art. 110. & per l. iustissimas 3. ibid. nam si veræ C. de offic. rect. prouin. l. quisquis C. de postul. si quidem isthæc Cæsareæ sanctionis veritas diserta voce in omnium nationum theatro conuitiatores eiusmodi iudaicæ malitiæ ac temeritatis adstringit, simulq; iniquitatis pariter ac nullitatis commissæ redarguit: nam sicut Iudæi ex fœnere Christianos pecunijs callidè emūgere solēt, ita Sycophātæ isti insontes effrenato ore ac falsis criminibus appetere non abstinuerūt, & hoc tam iniquè quàm nulliter factum dici, oia vniuersi orbis diuina & humana iura alta voce clamitant: Proinde non est vt sibi persuadeant, mihi ne tantillum suppetere, quod famoso libello opponerem. Planè si tam honestati foret consonum, quàm sacris constitutionibus (earum siquidem ignorantia conuitiatores illi per rerum naturam non excusantur) prohibitum esse constat, non vtiq; mihi eorum improbitatem nullitatemq; perstringendi facultas defuisset. Cùm vix circulatores isti superbi (si eis forsan talis quæstio ex facto proponeretur) inter nullitatem quæ ex actis principaliter eminet, & inter eam, quæ incidenter plerumq; cōtingere solet, pragmaticè possent discernere, & sic ipsorum garrulitas ne vel solido, quinimò nec vel obulo valeret, ideo, si quid adhuc reliquum in se habeant pudoris, turpiter obrubescant. Enimuerò sicubi tam ardua, grauisq; pœna etiā corporis afflictiua in illud nefandum hominum genus statuta non esset, quis (bone Deus) conuitiandi ac bonos quosq; viros ignominia afficiendi finis erit, cùm haud difficulter quiduis scriptis iniici possit, siue ad propositum faciat, nec ne: siue verum siue falsum, dummodo extra incorruptæ iustitiæ cancellos inter scyphos & aleas spargerent, & sic inepti illi alterius famæ vastatores cum alienæ existimationis discrimine flagitiosè vagarentur, & vnica solùmmodo, istis blatero-

nibus, vt alterius famā miserè deuastent, voluptas superesse videretur. Quamobrem dignitatis priuilegio, si quo tales garruli aliàs cōdecorati essent, carebunt, quia vir nō meretur appellari, si non faciat ea quæ sunt viri, sed potius animal brutum vocabitur, secund. ea quæ scripsit Luc. de pēna in l. iudices C. de dignit. lib. 12. Nullus (proh Deū) frugi & sanioris ingenij, id vitio mihi vertere meritò debet, quòd ab illis cōuitiatoribus aut famosi scripti authoribus, hactenus mihi incognitis me improbè lacessitum in præsentiarum conquerar atq; lamenter: attamen satius est mihi iniurias quasq; perferre, quàm alijs inferre, vt naturales Philosophi ex Platonis & Aristotelis sententia ratiocinantur, teste Ferdin. Vasq. de illustrib. controuers. cap. 57. nu. 9. lib. 2. Sin autem æmulus quispiam se à conuitijs cohibere aut temperare vel detractionis aculeo renunciare noluerit, profectò in eum (si author quandoq; proditus fuerit) nō modo ex constitutione Imperiali mediante iudiciali processu, grauissimè animaduertetur ac pœnam emeritam admisi facinoris dabit, (eò quòd pœnā facilè non remitti, publicè intersit, disertus est text. in l. si operis C. de pœnis.) Sed quoq; ea in causa versari censebitur, vt sequentes vers⁹ ex sacro Euangelico sensu antiquitùs scripti in illum iam piè decantati existimentur.

Tollere festucam si vis de fratris ocello,
Quæ tua conturbat, lumina tolle trabem.

Multos equidē publici priuatiq; iuris peritissimos quādoq; deuiasse ac hallucinatos fuisse, dictitat Catell. Cotta in Memorabil. suis, ad verb. Gemmæ vers. legimus etiam apud A. Gellium, &c. vbi firmat propriū esse hominis sæpius falli, vt amplè concludit de errore Bartoli aliàs omnium interpretū coryphęi Andr. Siculus respondens cōs. 1. col. pen. incip. ex sacris, &c. vol. 1. Hinc in adagiorum collectaneis liquet. Neminē mortaliū omnibus horis sapere, iuxta illud Horatij sic canētis.

temporis interstitio conscriptis, syncer⁹ quisq; lector sit contentus: quibus si qualitercunq; delectetur, futurũ erit forsitan, vt ad alios longè plures tractat⁹ quinquagenariũ excessuros numerũ, & circa vsitatam spinosarum rerum etiã aliquot feudaliũ practicã signanter obseruatos (quorum equidẽ fundamenta è prora & puppi ceu altero Triboniano DN. Nicolao Vigelio I. C. deq; præsigni Romana Iurisprudentia per quàm optimè merito, vel methodica secundi eiusdemmet Publij Papyrij traditione prompta erunt) in gratiã iuniorũ tam aduocatorũ quàm florentissimorũ scholariũ temporis successu in lucem mittendos perfacilè commouerer. His meis ergo versiculis, humanissime lector, manus de tabula ponatur.

Iam quia confecti per tempora parua laboris
Finis ad est, portum nostra carina petat.
Si cum remigio non sit super ampla facultas,
Alliget hic fixas anchora iacta rates.
Hæc mea sunt iuris cunabula, si quid in istis
Erratur: veniam tempora fortè dabunt.
Inuidiam, fraudesq; solent mihi nectere multi,
Dum scriptis dirimo fasq; nefasq; meis.
Sospitet hoc igitur studium Deus optimus: ille
Prosequitur rectè facta fauore suo.
Principium & medium finemq; à Numine posco,
Soli commendans meq; meosq; Deo.

Ipsum Onus Alterius Non Nostro Errore Subortum
Dum Rotat, En Zelo Lædor Ego Rabido.

VNI LAVS ET
TRINO.

DIVVS AVGVSTINVS PIE CENSVIT,
sine Iustitia nihil aliud esse regna quàm latrocinia.

Regna quæ lato dominantur orbe,
Abrogant iustæ pietatis vsum:
Si procul sunt Iustitiæ fugata
Nomina mundo.

BALDVS DE VBALDIS SCRIPTVM
reliquit, Fundamentum ciuitatis magis in legibus quàm muris consistere.

Tam putas quod turribus vrbis insit
Forte fundamen, potius nec ipsis
Legibus perstent lapides retentis?
Longiùs erras.

DIOGENIS SYMBOLVM SIC HABET:
In ciuitate qua leges non valent, minimè pernoctandum.

Quando nocturna peregrinus vmbra
Cogitur visa properanter vrbe
Excipi quæ si sine lege constet
Digrediatur.

IN

ELEGIA ACROSTICHIS
IN PRAESTANTISSIMAM BALDI
PERVSINI DISPVTATIONEM PER DN. IOAN.
Drezelerum I.V. Doctorem practicę elimatam,
quare G.B.V. dicit ad ipsum.

I liados Magnæ res est, ambagibus artes
O buertisse, rei pro ratione, nouas.
H æret in obtutu: mundus ni legibus asper
A mnis vt à cursu, contineatur, aquæ,
N ulla rei facies esset priscumq; tenerent,
N ominibus cassis, omnia visa chaos.
E xcolitur vitium, vicina lege, nefandum,
M undano versat pollice iura dolus.
D irigit è mundo gressus Astræa, fugitq;,
R es hominum misera conditione natant.
E cce tamen penitùs ne fors mala tolleret æquum,
Z elus in ambiguum ius, calet igne, nouus.
E gregios orta est inter noua forma libellos,
L ux velut ardenti promicat illa face.
E luit arguto varias examine causas,
R eijciens docta sordida quæq; manu.
V nde tricas aperit, scitè enodatq; cauillas,
M ille creans latio commoda prompta solo.
I nijcit his frænum sibi qui sapuisse videntur,
V iuat vt hoc feræ posteritatis opus.
R os velut Eoo guttatim desuper axe
I llapsus terris arida rura fouet.
S ic quoq; iustitiam menti sitientis anhelæ,
C ontribuit dulcem, cùm legit istud, opem.
O dignum superis, magnum & memorabile nomen,
N obilis æternæ cui viget artis honos.
S cilicet his cauti iuris sapientia Baldi
V berior scriptis enucleata patet.
L iberiùs loquar, & piscis diuellar ab hamo,
T ritum sæpè manu cuncta locabit opus.
V iue igitur lector, mentemq; in gaudia solue,
M uneris eximij quod tibi surgat opus.

PARAGRAPHORVM ORDO INDICI SVBSERVIENS.

INDEX.

COPIOSISSIMVS PRAECIPVARVM RERVM NOTATV DIGNARVM DVOBVS NVmeris distinctus: quorum prior paragraphum, posterior numerum marginalem serie alphabetica denotat.

A.

Annis

B.

Confines

Ob Contu-

D.

Duplicis

E.

Nisi

F.

I.

refer-

L.

M.

ris

N.

O.

pœna

Potesta-

Quæstionis

S.

T.

contra Tur-

V.

FINIS.

TIPOGRAPHUS AD HUMANISSIMUM LECTOREM.

ERrata, ſi qua irrepſerint non ipſius Authoris, alioquin ſerijs occupationibus diſtracti incuriæ, ſed magis obſcuriori ſcripturæ intellectui imputanda forent: Verùmtamen ea non tam ardua eſſe comperientur, quin eximius quiſq; lector pro animi ſui candore ac omni (qua pollet) inſignium rerum ſcientia, inter legendum benignè ſit correcturus, ac felici aëre perpetuó fruiturus.